Ceſſatio a diuinis alia generalis: ⁊ hec cõparatur interdicto. itaq; poſita generali ceſſatiõe ab eo q̄ põt vl' de iure vel cõſuetudie in loco aliquo: ſi qs ibi celebrat ē irregularis. ⁊ religioſ⁹ talē ceſſatio nē nõ ſeruãs eſt excõmunicatus ip̄o facto: ſi ma trix Eccl'ia ſeruat. Et ſic itelligitur clemētina illa prima. de ſen. exco. et. c. Nõ eſt vobis de. Spõ. quod in eo notat Innocētius. ¶ Alia vero eſt ceſſatio ſpecialis. illa ſc; q̄ ſolū in ali qua eccl'ia ponitur. vt in. c. de priuile. Cum ⁊ plātare. Et hec non cõparatur interdicto. Unde celebrans i eadē eccleſia nõ efficitur irregularis: nec religioſ⁹ excõmunicat⁹ q̄muis eadē eccl'ia ſit ma trix. Et dicūt aliq̄ ꝙ ſic intelligitur. glõ. et. c. Si canonici. de offi. ordi. li. vj. et Innocen. in. c. Dilectis filijs. d appella. quia irregu laritas nunq̄; contrahitur niſi in caſibus expreſſis a iure. vt in. c. Is q̄. d ſen. exco. li. vj. ¶ Decē req̄rūtur ad hoc ꝙ ceſſatio debeat ſeruari: vt notatur in. c. Quamuis de offi. ordi. li. vj. et ibi glõ.

## ¶ Que debent fieri tp̄e ceſſationis generalis a diuinis circa ſacramenta et celebrationem diuinorum

¶ Cõceditur baptiſm⁹ tā adultis quā paruulis: ⁊ cõfirmatio ſimilit̄.

¶ Conceditur penitentia omnibus tam ſanis: quam infirmis. Penia conceditur.

¶ Euchariſtia conceditur ſolummodo infirmis. lumine ⁊ campa nella precedentibus: ſicut mos eſt deferre infirmis.

¶ Extrēma vnctio nõ dat̄ alicui: neq; cl'icis: neq; laicis. vt. d. c. qd ite. Extrema vnctio nõ datur tp̄e ceſſationis

¶ Sepultura cõceditur omnibus indifferenter: etiā ſi nullum ha beant priuilegium: ſed abſq; ſolēnitate aliqua: quia neq; pulſan tur campane: neq; dicatur officium: cum portatur funus ad ſepe liendum: ſed portetur cum cruce ⁊ lumine: ⁊ a laicis ſepeliatur.

¶ Miſſa nõ celebrat̄ niſi ſolū ad renouationē Euchariſtie: ⁊ ꝓ infir mis ſemel in hebdõa. vt in. c. Permittim⁹ d ſen. exco. vl' ad decē vel q̄ndecim dies ſcd3 neceſſitatē occurrētē: celebretur ſubmiſſa vo ce vna Miſſa ianuis clauſis: nõ pulſatis cāpanis: ſicut tp̄e inter dicti ſolet obſeruari. S3 cū vno ſuitore dicatur: nõ admiſſis alijs. Semel in hebdomeda

¶ Aqua benedicta diebus Dominicis benedicatur ſimiliter ia nuis clauſis: et campanis ſimiliter non pulſatis. etiam aqua ad

baptizandũ benedicatur. Et fiat publice denũtiatio feſtoꝝ ꝑcũ.

¶ Poſſunt ire ad letanias: et laudes dei: ⁊ dicere Antiphonas ⁊ Reſpõſoria: ⁊ letanias laici: ⁊ pulſare cãpanas. Sed non dicetur miſſa: neqȝ aliquid deputatũ alicui ordini.

Quattuor feſtiuitates anni

¶ In quattuor feſtiuitatibꝰ ſcilicet in feſto Natiuitatis domini. Paſche. Pẽthecoſtes: ⁊ Aſſumptionis virginis marie: ꝑma die in qualibet feſtiuitate a primis veſpis vſqȝ ad ſecũdas incluſiue: ſine cõpletorio. ⁊ etiã in feſto Corporis chriſti. ⁊ per totas octauas tollitur ceſſatio: ⁊ poteſt celebrari ſolemniter ſicut prius.

¶ Incipiũt caſus papales lȝ multi alibi repiũt. Joã. Andre. numerat quinq̃ginta. in. c. Eos qui. de ſen. exco. li. vj. et eodẽ ti. in. Cle. glõ. j. vide Extrauagãtem. Pape Pauli vbi q̇dã caſus ſemp intelligũtur excepti in plenarijs remiſſionibus.

¶ Primus caſus papalis eſt in illo qui ꝑcutit enormite clericũ. vt probatur. xvij. q. iiij. c. Si quis ſuadẽte. Si autẽ eſt leuis percuſſio: Epiſcopus abſoluit: vt in. c. Peruenit. de ſen. exco.

¶ Secundus eſt in illo qui comburit eccl'ias vel eas infringit. qui poſtq̃ȝ denũciatus eſt: abſolutio pertinet ad ſolũ papã: vt de ſen. exco. c. Conqueſti. Jtẽ idẽ eſt ȯ quocũqȝ alio incendiario: ſi forte excõmunicetur vel publicetur: vt de ſen. exco. c. Tua.

Falſarijs

¶ Tertius ẽ ĩ illo qui falſificat litteras dñi noſtri pape: vel falſis ſcienter vtitur. de cri. fal. c. Cura et. c. Falſariorum.

¶ Quartus eſt in illo qui excõmunicatus eſt a delegato Pape: qui non poteſt abſolui per aliquem niſi per Papam: vl' pape delegatum. vt de ſen. exco. c. Significauit.

¶ Quintus in illo qui participat cuȝ excõmunicato a Papa: qui non poteſt abſolui niſi per Papam: quod intelligitur ȯ participatione in crimine propter quod talis eſt excõmunicatus.

¶ Sextus eſt in illo qui participat in oſculo vel alijs ei qui excõmunicatus eſt per Papam cum participantibus: quoniam iſte talis ab illo debet abſolui qui ſententiam tulit.

¶ Septimus eſt in clerico qui ſecũdas nuptias bñdixit. de ſecun. nup. c. j. Sed eſt q̃dã extrauagans dñi Pape Joãnis. xxij. q̃ talẽ rigorẽ tẽperat. Jncipit Cõcertatiõi tãgit ſup̃ vbi ȯ matrimõio.

¶ Octauus eſt in perſecutoribus Cardinaliū: qui graues ꝛ multas penas incurrūt. vt habetur in. c. Felicis. de pen. li. vj.

¶ Nonus eſt in eo qui dat licentiam grauādi eos qui tulerūt ſententiam excōmunicationis: ſuſpenſionis vel interdicti: vel eos in ſuis perſonis vel bonis. vt de ſen. exco. c. Quicūq;. li. vj.

¶ Decimus eſt in eo qui corpus defuncti incendit vel decoquit pro oſſibus transferendis. in extraua. Boni. viij. de teſt.

¶ Undecimus eſt in Inquiſitoribus hereticorum ſi odio vł gratia amore vel lucro contra iuſtitiam vel conſciētiam omiſerint cōtra quē piā ꝓcedere vel ipſam hereſim alicui imponere: vt habetur in Cle. de here. c. Multorum.

¶ Duodecimus eſt de Religioſis q̄ abſq; ſpeciali licētia parrochialis p̄ſbyteri ſolēnizāt matrimonia: aut miniſtrāt ſacramēta: veluti Euchariſtie: aut extrēme vnctiōis: ſufficit tn̄ parrochialis licētia clerici etiā ſi nōdū eſt ſacerdos. ſimiliter etiā licētia illius vicarij q̄ gerit ordinariā curā illi⁹ eccl'ie. Itē ſufficit licētia dioceſani. vt notat. Jo. Andre. de priui. reli. in. Cle. Itē excōmunicati ſunt religioſi q̄ excōmunicatos a canone abſoluūt in caſib⁹ nō cōceſſis: aut adſoluūt a ſentētiis ꝑ Synodalia ſtatuta ſiue ꝓuincialia ꝓmulgatis: aut abſoluūt a pena ꝛ culpa. d̄ penis. c. Si q̄s. in Cle.

¶ Tredecimus eſt de pſecutorib⁹ Epōꝝ: vel q̄ eos faciūt exiliari: ſeu ꝓcurāt illos ad pſequendū: vel carceri tradūt: aut q̄ p̄cipiūt hoc fieri: vel tribuūt auxilium: cōſiliū vel fauorē ad hoc faciēdū.

¶ Decimus quartus eſt de religioſis vel clericis inducentibus ad vouendum vel promittendum vel iurandum de eligenda ſepultura apud eos: vel vltimam iam electam vlterius non immutent: vt habetur in Cle. de penis. c. Cupientes.

¶ Decimus quintus eſt de iis qui cogunt celebrari in loco interdicto: vel ad audiendum conuocant excōmunicatos vł interdictos: vel prohibent eis ne moniti exeant. ꝛ d̄ illis qui moniti non exeūt: vt habetur de ſen. exco. c. Grauis. in. Cle.

¶ Decimus ſextus eſt de iis qui ferunt arma: et equos ad impugnandum chriſtianos: vł alia neceſſaria defferunt: vł transmittūt: ſeu galeas vel naues vendunt: vel in piraticis ſarracenoꝝ nauib⁹

gubernationē exercēt vl' īpedūt cōſiliū vl' auxiliū ī diſpēdiū terre ſancte. vt habetur deinde. c. Quorūdā. ⁊. c. Ad liberādā. ⁊ iſte caſus eſt papalis ꝑ Extraua. Bonif. viij. q̄ incipit. Cōtra illos.

¶ Decimus ſeptimus eſt in piratis q̇ ore papali excōmunicātur. vt not. Jo. Andre. in. c. Excōmunicationum. de rap.

¶ Decimus octauꝰ eſt de eo q̇ abſolutus. ꝓpter mortis articulū vl' aliud īpedimētū ab eo a quo aliaꝰ abſolui nō poterat: ſi ceſſāte īpedimēto nō ſe p̄ſentat cū ſe cōmode poterit ei a quo p̄ꝰ abſolui debebat: ī eadē ſētētia q̄ p̄us legatꝰ erat ab hoīe vl' aliaꝰ a iure: reincidit ipſo facto: vt in. c. Eos de ſen. exco. li. vj. Pone exemplum de alio impedimento: videlicet: vel egritudo: vel inimicicie capitales. vt. no. glo. in. c. Religioſo. de ſen. exco. li. vj. Et iſte caſus eſt Papalis: ſi talis abſoluēdus erat a Papa.

¶ Decimus nonus eſt in abſoluto a papa vel eius penitētiario: de ipſius ſpeciali mandato qui ſe debet alicuius conſpectui preſentare: nam reincidit ſi hoc non faciat: vt in precedenti caſu dictum eſt. vt in. d. c. Eos. de ſen. exco. li. vj.

¶ Uiceſimus īperator. Rex vel p̄nceps: dux marchio vl' comes aut baro vel aliq̄s alius notabilis p̄eminētie dignitatis vel poteſtatis: frater: filius vel nepos ipoꝝ q̇ ad terminū vel in ꝑpetuū nominat̄: eligitur vel aſſumitur in rectorē vel ſenatorē vrbis Rome quocūqꝫ noīe vocetur ipa rectoria: ⁊ q̄cūqꝫ alius q̇ vltra annū ad huiuſmodi regimē aſſumitur p̄ter apoſtolice ſedis licentiā: oēs p̄dicti i litteris ipſiꝰ ſedis exprimēdi ⁊ cōſentiētes ſue noiationi: electiōi vl' aſſumptioni: ⁊ eos talit̄ noiatos eligētes vl' aſumētes: ⁊ eis obediētes: auxiliū: conſilium vel fauorē dantes: ſunt abſoluendi per Papam: vt de elec. c. Quod ſi quis. vj. li.

¶ Unde verſus.

Per papam clerum feriens. falſarius. vrens.
Soluitur. et quiſquis audet cantare ligatus.
Simon qui fuerit. nec fallit regula talis.

¶ Nota tamen: ꝙ non omnis percutiens clericum tenetur ire ad Papam: vt patet per ſequentes verſus.

Percutiēs clericum: Romam petat. excipiuntur.

Vt puer atq; ſenex. egrotus. femina pauper.
Et clauſtralis. habens inimicos. et oſtia ſeruans.

## Incipiunt caſus Epiſcopales.

SCiāt ſacerdotes: ꝙ licet in priuata penitētia ꝑ multꝭ delictis regularē poſſunt iponere penitētiā: vt habetur in. c. Preſbyteri. xxvj. q. j. Regulare enī est qȯ ipi cognoſcere poſſint de oībus criminibus occultis vt in. c. Si peccauerit. ij. q. j. ſunt tñ etiā certi caſus de ꝗbus ipſi cognoſcere nō poſſunt. imo ȯ talibꝰ criminibꝰ oportet eos neceſſario remittere ſibi cōfitētes ad ſupiorē p̄latū. ideſt Ep̄u. Et iſti caſus dicūtur Ep̄ales. et ſunt q̇ ſequūtur. Quos not. Hoſti. i Summa de peni. et. re. §. iiij. v̇. Cui cōfitēdu. Notat eos latius ſpecu. in. iiij. parte. circa fi. de pe. et. re. §. vj. v̇. Priuata autē.

Primus caſus Epiſcopalis eſt in illo qui cognouit carnaliter monialem conſecratam vel non conſecratam: virginem vel non virginem. vel forte ſi mulier coiuit cum Religioſo: dum non ſit in loco ſacro: quia tunc eſſet Papalis.

Secūdus eſt in eo qui verberat patrem vel matrem: ſcilicet ex caſu: ſed ſi ex certa ſcientia abſolutio expectat ad ſolum Papam.

Tertius eſt in eo qui deflorat virginem fraudulēter: ſed ſi violēter: malicioſe et vi abſolutio ad ſolum Papam ſpectat.

Quartus eſt in eo qui in mortem cōiugis machinatur.

Quintus eſt in eo qui abutitur chryſmate: vel Euchariſtia: vel alia re ſacra: aut facit furtum in eccleſia. et etiam in illo clerico ex cuius negligentia hoc contigit.

Sextus eſt in eo qui baptizat proprium filium: vel eum ad baptiſma vel confirmationem tenuit.

Septimus eſt in eo qui facit votum caſtitatis: et poſt votum cōtrahit cum aliqua: vel aliqua cum aliquo.

Octauus eſt in eo qui contrahit vel cōtinet: ſeu religionem intrat: in vita vxoris ſue poſt carnalem copulam.

Nonus eſt in illo malefico q̇ confitetur ſe credidiſſe heretice prauitati. quo ad peccatum tantum. Sed hodie Papalis eſt: et inquiſitores cognoſcunt.

gubernationē exercēt vł īpēdūt cōſiliū vł auxiliū ī diſpēdiū ter reſancte. vt habetur deinde. c. Quorūdā. ⁊. c. Ad liberādā. ⁊ iſte caſus eſt papalis ꝑ Extraua. Bonif. viij. q̄ incipit. Cōtra illos.

¶ Decimus ſeptimus eſt in piratis q̄ ore papali excōmunicātur. vt not. Jo. Andre. in. c. Excōmunicationum. de rap.

¶ Decimus octauꝰ eſt de eo q̄ abſolutus. ꝓpter mortis articulū vł aliud īpedimētū ab eo a quo aliaꝰ abſolui nō poterat: ſi ceſſāte īpedimēto nō ſe p̄ſentat cū ſe cōmode poterit ei a quo p̄ꝰ abſol ui debebat: ī eadē ſētētia q̄ p̄us legatꝰ erat ab hoīe vł aliaꝰ a iure: reincidit ipſo facto: vt in. c. Eos de ſen. exco. li. vj. Pone exemplum de alio impedimento: videlicet: vel egritudo: vel inimicicie capitales. vt. no. glo. in. c. Religioſo. de ſen. exco. li. vj. Et iſte caſus eſt Papalis: ſi talis abſoluēdus erat a Papa.

¶ Decimus nonus eſt in abſoluto a papa vel eius penitētiario: de ipſius ſpeciali mandato qui ſe debet alicuius conſpectui preſentare: nam reincidit ſi hoc non faciat: vt in precedenti caſu dictum eſt. vt in. d. c. Eos. de ſen. exco. li. vj.

¶ Uiceſimus īperator. Rex vel p̄nceps: dux marchio vł comeꝰ aut baro vel aliq̄s alius notabilis p̄eminētie dignitatis vel poteſtatis: frater: filius vel nepos ipoꝝ q̄ ad terminū vel in ꝑpetuū nominaꝫ: eligitur vel aſſumitur in rectorē vel ſenatorē vrbis Rome quocūq̄ȝ noīe vocetur ipa rectoria: ⁊ q̄cūq̄ȝ alius q̄ vltra annū ad huiuſmodi regimē aſſumitur p̄ter apoſtolice ſedis licentiā: oēs p̄dicti ī litteris ipſiꝰ ſedis exp̄mēdi ⁊ cōſentiētes ſue noiationi: electiōi vł aſſumptioni: ⁊ eos talit̄ noiatos eligētes vł aſumētes: ⁊ eis obediētes: auxiliuȝ: conſilium vel fauorē dantes: ſunt abſoluendi per Papam: vt de elec. c. Quod ſi quis. vj. li.

¶ Unde verſus.

Per papam clerum feriens. falſarius. vrens.
Soluitur. et quiſquis audet cantare ligatus.
Simon qui fuerit. nec fallit regula talis.

¶ Nota tamen: ꝙ non omnis percutiens clericum tenetur ire ad Papam: vt patet per ſequentes verſus.

Percutiēs clericum: Romam petat. excipiuntur.

Ut puer atq; ſenex. egrotus. femina pauper.
Et clauſtralis. habens inimicos. et oſtia ſeruans.

## Incipiunt caſus Epiſcopales.

SCiāt ſacerdotes: q̄ licet in priuata penitētia ꝓ multis delictis regularē poſſunt iponere penitētiā: vt habetur in. c. Preſbyteri. xxvj. q. j. Regulare enī est q̄ ipſi cognoſcere poſſint de oībus criminibus occultis vt in. c. Si peccauerit. ij. q. j. ſunt tñ etiā certi caſus de q̄bus ipſi cognoſcere nō poſſunt. imo d̄ talibꝰ criminibꝰ oportet eos neceſſario remittere ſibi cōfitētes ad ſupiorē plātū. ideſt Epū. Et iſti caſus dicūtur Epales. et ſunt q̄ ſequūtur. Quos not. Hoſti. i Summa de peni. et. re. §. iiij. v̄. Cui cōfitēdū. Notat eos latius ſpecu. in. iiij. parte. circa fi. de pe. et. re. §. vj. v̄. Priuata autē.

¶ Primus caſus Epiſcopalis eſt in illo qui cognouit carnaliter monialem conſecratam vel non conſecratam: virginem vel non virginem. vel forte ſi mulier coiuit cum Religioſo: dum non ſit in loco ſacro: quia tunc eſſet Papalis.

¶ Secūdus eſt in eo qui verberat patrem vel matrem: ſcilicet ex caſu: ſed ſi ex certa ſcientia abſolutio expectat ad ſolum Papā.

¶ Tertius eſt in eo qui deflorat virginem fraudulēter: ſed ſi violēter: maliciofe et vi abſolutio ad ſolum Papam ſpectat.

¶ Quartus eſt in eo qui in mortem cōiugis machinatur.

¶ Quintus eſt in eo qui abutitur chryſmate: vel Euchariſtia: vel alia re ſacra: aut facit furtum in eccleſia. et etiam in illo clerico ex cuius negligentia hoc contigit.

¶ Sextus eſt in eo qui baptizat proprium filium: vel eum ad baptiſma vel confirmationem tenuit.

¶ Septimus eſt in eo qui facit votum caſtitatis: et poſt votum cōtrahit cum aliqua: vel aliqua cum aliquo.

¶ Octauus eſt in eo qui contrahit vel cōtinet: ſeu religionem intrat: in vita vxoris ſue poſt carnalem copulam.

¶ Nonus eſt in illo malefico q̄ confitetur ſe credidiſſe heretice prauitati. quo ad peccatum tantum. Sed hodie Papalis eſt: et inquiſitores cognoſcunt.

¶ Decim⁹ eſt in ſimoniaco ſub quocūq; genere ſimonie fuerit ſimoniacus: quo ad abſolutionem: non quo ad diſpēſationem: que ad ſolum Papam ſpectat.

¶ Undecimus eſt ĩ illo qui excōmunicatus eſt: ⁊ ſolemniter celebrat in eccleſia: quo ad abſolutionem.

¶ Duodecimus eſt in illo qui per ſaltum eſt promotus.

¶ Tredecim⁹ ē ĩ illo q̇ ordĩat̃ ab alieō Epō ſine licētia ꝓprij epi.

¶ Decimus quartus eſt in homicida ſiue in verbo ſiue in cōſenſu: vel ſe defendēdo: vel dormiēdo. vel ſi occidat furem vim faciētē: vel ſi homicida fuerit infantis.

¶ Decim⁹ q̇nt⁹ ē ď cōmittēte luxuriā ĩ eccl'ia maxime cōſecrata.

¶ Decimus ſextus eſt in eo que coiuit cum iudea vel ſarracena.

¶ Decimus ſeptimus eſt in muliere que cōcepit ex alieno viro: ⁊ vir ſuus credens eum filium ſuum proprium eſſe: inſtituit eum heredem: in aliorum preiudicium ⁊ grauamē.

¶ Decimus octau⁹ eſt in illo vel illa qui vel que procurat abortū vel ſterilitatem. ſiue in ſe ſiue in alia.

¶ Decimus nonus eſt in eo qui eſt excōmunicatus a iudice ⁊ non vult exire eccleſiam: ſed eſt diuinum officium impediens.

¶ Uiceſimus eſt in eo qui contrahit matrimonium poſt ſponſalia contracta cum alia: vel iuramēto interpoſito in cōtractu.

¶ Uiceſimus primus eſt in eo qui ſcienter celebrat in loco interdicto ſiue in publico ſiue in ſecreto. quo ad abſolutionē peccati: ſed quo ad irregularitatem ad Papam.

¶ Uiceſimus ſecundus eſt in eo qui eſt ſortilegus: videlicet in illo qui inuocat demones pro furtis vel mulieribus: vel alijs rebus: licet aliqui extendāt iſtū caſum ad conſtitutos in ſacris ordinibus.

¶ Uiceſimus tertius eſt in illo qui ſcienter et publice ſepellit corpus alicuius excōmunicati in cimiterio.

¶ Uiceſimus quartus eſt in illo qui excōmunicatus eſt a canone in caſibus: in quibus ab epiſcopo poteſt abſolui.

¶ Uiceſimus quintus eſt in illo qui eſt irregularis.

¶ Uiceſimus ſextus eſt in eo q̇ cōtrahit matrimoniū clandeſtine.

¶ Uiceſim⁹ ſeptim⁹ ē ĩ eo q̇ ē criminoſus public⁹ vł blaſſemator.

¶ Uiceſimus octauus eſt ſi Ep̄us audiuit Cōfeſſionem de aliquo peccato: inferior clericus nō debet talem abſoluere: ſed debet ip̄m ad Epiſcopū mittere.

¶ Uiceſim⁹ nōus eſt d illo vel illa q̇ vel q̄ opp̄mit filios ſuos ſtudioſe vel negligenter.

¶ Triceſimus eſt in eo q̇ cōmittit ſacrilegiū vel incendium

¶ Triceſimus p̄mus eſt i illo q̇ cōmittit crimē falſi ſiue in litteris ſiue in teſtimoniū cōmiſum. ⁊ q̄d dico de litteris: intellige non papalibus: q̄ tūc iſte caſus eſt papalis.

¶ Triceſim⁹ ſc̄ds ē i eo q̇ violat eccl'ias: ⁊ lib̄tates ⁊ imūitates eaꝝ

¶ Triceſimus tertius eſt in eo q̇ cōmittit peccatū cōtra naturā: vt puta ſi vir virū cognoſcit vel brutū: vel ſi abutitur mēbro mulieris ad hoc non conceſſo.

¶ Triceſimus q̄rtus eſt in illo q̇ cōmittit inceſtum: vt ſi cognoſcat conſanguineam perſonam: vel monialem.

¶ Triceſimus q̄ntus eſt in eo q̇ eſt piurus. licet aliq̄ volūt illum extendere de periurio pueri qui eſt infra ſacros ordines.

¶ Triceſimus ſextus eſt de illo clerico q̇ cognouit carnaliter illā quā baptizauit: vel illam cuius confeſſionem audiuit.

¶ Triceſimus ſeptimus eſt de illo q̇ excōicatus eſt ab Ep̄o q̇ nō poteſt abſolui per aliquem inferiorem clericuꝫ.

¶ Triceſimus octauus eſt in illo qui eſt vſurarius publicus.

¶ Triceſimu⁹ nōus eſt i illo q̇ celebrat Miſſā i altari nō cōſecrato vel ſi celebrat ſine ſacris veſtibus: vel ſi celebrat non ieiunus.

¶ Quadrageſimus eſt i illo q̇ nō reſtituit ablata vel ſubſtracta: vel alia illicite acquiſita

¶ Nota q̄d ſi ep̄us cōmittat alicui ſacerdoti vices ſuas in caſibus in q̄bus Ep̄us ip̄e habet poteſtatē: talis Sacerdos poteſt iuriſdictionē exercere i omnibus caſibus preter Quinque ſequentes.

¶ Primus eſt: vbi penitencia ſolemnis eſt imponenda.

¶ Secundus eſt: q̄ ſacerdos nō poteſt abſoluere ab excōicatione in caſu in quo Ep̄us poſuit limitationē: niſi ſpetialiter ei cōmittat

¶ Tertius eſt: vbicūq̄ inuenerit irregularitatē cōtractā: tūc enim debet eum remittere ad Epiſcopum vel ordinarium.

ad altare: et oſculatur illud in medio: ⁊ procedit ad cornu altaris ad partẽ epiſtole: vbi ſtans verſus ad dictũ altare cãtat orationem de dicto ſctõ ſeu ſancta. Qua finita: reuertitur ad mediũ altaris: et dat bñdictionẽ ſolẽnem populo. Sed ſi añā nõ dicitur de vocatione eccl'ie legatus dabit bñdictionẽ ſtatĩ poſtq̃ ad altare aſcẽderit: ⁊ illud fuerit oſculat⁹. Et per vnũ ex ſuis vel per vnũ bñficiatũ facit promulgari indulgẽtias quas ipſe intereſſentibus cõcedit. Et mox vadit cõmitatus ab oĩb⁹ in diuerſoriũ ſiue hoſpiciũ ſuũ. ¶ Cũ vero nou⁹ prelat⁹ p̃mo ad eccl'iaȝ ſuã veniẽs recipitur: hec erit Orõ.

Deus oĩuȝ fideliũ paſtor ⁊ rector: famulũ tuũ. N. quem eccl'ie tue preeſſe voluiſti: propitius reſpice: da ei q̃s verbo ⁊ exẽplo q̃bus preeſt proficere: vt ad vitã vna cũ grege ſibi credito perueniat ſempiternã. Per xp̃m.

¶ Si vero prelatus venerit ad viſitandũ: premiſſa forma ſeruata in ſua receptione: hec erit Orõ.

Deus humilium viſitator: q̃ eos paterna viſitatione conſolaris: pretende ſocietati nr̃e gratiam tuã: vt pro eis in quibus habitas: tuuȝ in nobis ſentiamus aduentum. Per xp̃m dñm nr̃m. Amen.

¶ Ordo ad recipiẽdũ Imperatorẽ. oĩa fiant vt in ꝓceſſione in receptione legati. Et cantor incipiat Antiphonã.

Ecce mitto angelũ meũ qui preparabit viã ante faciẽ tuã. vel ℞ȝ. Bñdictus dñs deus iſrael q̃ facit mirabilia ſolus. Et benedictum nomẽ maieſtatis eiꝰ in eternũ. ℣⁹. Replebitur maieſtate eius omnis terra fiat fiat. ꝑ. Et bñdictũ. Gl'ia pr̃i. ꝑ. Et bene. ¶ Et poſt Antiphonã predictã: vel Reſpõſuȝ: ſi neceſſe fuerit: poterit chor⁹ proceſſionis cãtare hymnũ. vel alia cãtica deuota. Et cum Imperator fuerit genuflexus in faldiſtorio ante altare parato: Prelatus ſi adeſt aſcẽdat ad cornu altaris ad partẽ epiſtole: et ibi ſtans verſus ad Imperatorẽ de tecto capite dicat. ℣⁹. Saluum fac. ℟. Imperatorẽ noſtrum dñe. ℟. Deus meus ſperãtem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de ſctõ. ℟. Et de ſyon tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundãtia in turribus tuiꝰ. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ. Orem⁹. Orõ. Cõcede nos famu. Orõ.

Deus in cuius manu ſunt corda regũ: inclina ad preces humilitatis nr̃e aures mĩe tue: ⁊ imperatori Regi noſtro famulo tuo. N. regimen tue ſapientie appone: vt auſtis de tuo fonte conſilijs: et tibi placeat: et ſuper omnia regna precellat. Alia Oratio.

Pretende domine queſumus famulo tuo. N. imperatori Regi noſtro dexteram celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirat: et que digne poſtulat aſſequi mereatur. Per chriſtũ dominũ. Deinde ſi adeſt prelatus impendat abſolutionem. Si autem Prelatus ipſe non ſit Epiſcopus vel maior: finitis orationibus: et depoſitis ſacris veſtibus: ipſe cum clero aſſocient Imperatorem vſq; ad hoſpicium ſuum: etiam ſi ſit Epiſcopus.

¶ Modus ad recipiendũ Imperatricẽ vel Reginam oĩbus ordinatis vt ſupra Cantor incipiat hoc Reſponſorium.

Iſta eſt ſpecioſa inter filias hieruſalẽ. Sicut vidiſti eam plenam charitate ⁊ dilectione in cubilibus ⁊ hortis aromatum. ℣. Iſta eſt ſpecioſa que aſcendit d̃ deſerto: delitijs affluens. ℟. Sicut vidiſti. ℣. Gloria patri. ℟. Sicut vidiſti. Finito Reſponſorio: Imperatrix vel Regina pſtrata ante altare: dicatur a duobus pueris. ℣. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℟. Ut digni. Poſtea Epiſcopus vl̃ ſacerdos dicat. ℣. Saluam fac domine ancillam tuã imperatricẽ Reginam noſtram. ℟. Deus meus ſperantẽ in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eam. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ. Oremus. Orõ. Concede nos famulos tuos. vt ſ. Alia Orõ.

Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur: ineffabilem clementiam tuam ſupplices exoramus: vt ſicut Heſter Regina iſraelitice plebis cauſa ſalutis ad regis Aſſueri thalamũ regniq; ſui cõſortiũ trãſire feciſti: ita hanc famulam tuam chriſtiane plebis ſalutis gratia Reginam ſeu Imperatricem ad gratiam tuam tranſire facias: vt te ſuper omnia deſideret: et te inſpirante que placita ſunt tibi toto corde perficiat: et dextera tue potentie illam ſemper hic ⁊ vbiq; circundet ⁊ protegat. Per chriſtũ. Orõ. Exaudi queſumus domine ſupplicum preces. Ut ſupra oĩa alia.

¶ Modus ad recipiendũ Regez proceſſionaliter. Oĩa vt ſ.

℟. Elegit eum dominus: et excelſum fecit illum pre regibus terre. ℣. Glorificauit illum in conſpectu regum: et nō confundetur. ℟. Et excelſum. Gloria patri. ℟. Et excelſuz. Deinde cātantur. Hymni vel alia cantica deuota. ¶ Quo finito. Prelatus ſtans ante altare in cornu Epiſtole verſus ad Regem proſtratuz ante altare: a duobus pueris dicatur. ℣. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur. Et ſtatim Epiſcopus vel ſacerdos dicat. ℣. Deus iudicium tuū regi da. ℟. Et iuſtitiam tuā filio regis. ℣. Saluum fac regem noſtrum domine. ℟. Deus meus ſperantez in te. ℣. Mitte ei domine auxiliū d̄ ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eū. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abūdantia in turribus tuis. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟. Et clamor. ℣. Dn̄s vobiſcum. ℟. Et cū. Oremus. Orō. Cōcede nos famulos tuos. vt s̄. Alia. Orō.

Deus cui oīs poteſtas et dignitas famulatur: da huic famulo tuo Regi noſtro. N. pſperū ſue dignitatis effectū: in quo te ſemper timeat: tibiqz iugiter placere contēdat. Per. Alia Orō.

Queſumus omnipotens deus: vt famulus tuus Rex noſter. N. qui tua miſeratione ſuſcepit regnorum gubernacula: virtutum etiam omnium precipiat incrementa: quibus decenter ornatus: et vitiorum monſtra deuitare: et hoſtes ſuperare; et ad te qui via veritas et vita es gratioſus valeat peruenire. Oratio. Exaudi queſumus domine. Ut ſupra. ¶ Deinde ſi prelatus fuerit preſens: benedicat populū ſtans ante medium altaris. Et omnia alia fiant vt in receptione Imperatoris.

¶ Ordo ad recipiendum Principem. Omnia fiant vt in receptione Regis. Sed Reſponſoriū erit. ℟.

Poſui adiutoriuz ſuper potentem: et exultaui electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inueni dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum. ℟. Manus. Gloria patri et fi. ℟. Manus. Deinde dicantur verſiculi vt in receptione Regis: Et orationes ibi poſite: et omnia fiant vt ibi.

¶ Ordo ad recipiendum Principiſſam. Proceſſio fiat vt s̄. de Imperatricē vel Reginam: ⁊ verſiculi ſint illi idem ſcilicet. ℣.

Saluam fac Cū alijs. Orationes Cōcede nos famulos tuos. rc̄.

QUeſumus omnipotens deus: vt hanc famulam Alia Oratio. tuam vbiqꝫ ſapientia tua doceat atqꝫ confortet: et eam eccleſia tua fidelem ſemper agnoſcat. Per dominum noſtrum. Oratio. Exaudi queſumus domine. Omnia alia vt ſupra.

¶ Modus ad benedicendum terminos.

PRimo ſacerdos mane celebret Miſſam ſanctiſſime Trinitatis cum officio. Benedicta ſit ſancta trinitas et c̄. Cum. Gloria in excelſis deo. et Credo. Et prefatione ac Proſa conſuetis ſolemniter: et ſine interpoſitione alicuius alterius collecte. Qua peracta: ſi cum proceſſione clerus ꝛ populus volunt exire ad benedicendum terminos. Sacerdos cū veſtimentis Miſſe (preter caſullā) cū ſtolla ꝛ capa ſi ſit: ſint autē: cū ſuperpellitio Cruce et aqua benedicta comitatus cum alijs ſi ſint exeat: veniantqꝫ proceſſionaliter ad locū terminorū: dicendo canticū graduū deuotiſſime. Si vero ſolus cū paucis hoc fecerit. ſufficit quod cū Superpellitio et ſtolla: et aqua benedicta ꝛ cruce vadat. Et cum fuerit in loco: dicat vt ſequitur. In nomine pa✠tris et filij et ſpiritus ſancti. ℟ Amen. ℣. Adiutoriuꝫ noſtrū in nomine dn̄i. ℟ Qui fecit. ℣. Sit nomen dn̄i bene. ℟. Ex hoc. ℣ Dn̄e exaudi orationē meā. ℟ Et clamor. ℣ Dn̄s vobiſ. ℟ Et cū. Oremus.

DOmine ieſu chriſte fili dei viui: qui celū et terram ma Oratio. re et omnia que in eis ſunt creaſti: et carnē humanam in venerabiliſſimo vtero virginis Marie matris tue propter nos peccatores accepiſti: et aquā fluminis Jordanis benedixiſti in quo et baptizatus fuiſti. Diabolum et eius tētationē viciſti: Cruceꝫ ſubire non dubitaſti: mortem ſuperaſti: tertia die reſurgendo: primū Marie magdalene te demonſtraſti: poſt quadraginta dies celos aſcendiſti: Et ſpiritum ſanctum paraclitum ſuper Apoſtolos tuos miſiſti. Tu domine rex eterne glorie: bene✠dicere et ſan✠ctificare digneris. Hic ſacerdos extendat manum dexteram ſignando eos dicens Ut tua bene✠dictione protecti germinent pullulent: floreant: frondeant: fructificent omnia in eis ſeminata: plan-

tata et ſata: ad gloriam ſanctiſſimi nominis tui: et profectum labo
rantium in eis. Ut inde ſumptis decimis primicijs et oblationi-
bus pro cultu diuinitatis tue: cetera ad vitam nutriendam tuorum
fidelium quorum tu via veritas et vita es letabūde et feliciter per-
ueniat: iube domine cuſtodiri eos per ſanctos Angelos tuos ab
hoſtib⁹ noſtris viſibilibus et īuiſibilibus nocte et die ne eis quiq̄ʒ
noceat per nomen ſanctū tuum: quod eſt ieſus cui omne genu fle-
ctitur celeſtiū terreſtriuʒ ⁊ infernorum: iube domine pluuiam ſalu
tarem: iube ſerenitatē tranquillam temporibus ſuis: iube omnem
congruentiaʒ: per te ſaluator mundi. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſan-
cto viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.
¶ Hic vertat ſe ad orientem: et dicat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟.
Et cum ſpiri. Euangelium ſecundū Joannem. In principio erat
verbū. Ut infra. fol. xli. Et poſtea dicat vt ſequitur. Ecce cru-
cem domini alleluya. Fugite partes aduerſe: vicit leo de tribu
iuda radix dauid all'a. ℣. Crux benedicta in qua triumphat rex an
gelorum: radix dauid all'a. ℣. Per ſignū crucis d̄ inimicis noſtris.
℟. Libera nos deus noſter. ℣. A fulgure ⁊ tempeſtate. ℟. Libera
nos domine deus noſter. ℣. Etenim dn̄s dabit benignitatem. ℟.
Et terra noſtra dabit fructum ſuum. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā.
℟. Et clamor meus. ℣. Dn̄s vobiſcuʒ. ℟. Et cum. Oremus. Oro.

ECcleſiam tuaʒ queſumus domine benignus illuſtra: vt beati
Joannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis: ad
dona perueniat ſempiterna. Per chriſtum dominum noſtruʒ. ℟.
Amē. Poſtea ſacerdos de cera monumēti: vel d̄ cera cerei paſcha
lis: vel de ramis palmarū: vel de aliquo ligno faciant crucem par
uulam ⁊ ponat in aliqua arbore vel plāta bene appoſitā quod non
cadat: et aſpergat aquam benedictam benedicendo verſus illam
partem orientaleʒ. ¶ Ad occidentē. ¶ Poſtea ſacerdos vertat ſe
ad occidētē et aſpergēdo aquam benedictā dicat. Adeſto nobis
omp̄s deus pater filius ⁊ ſp̄us ſanctus. ℟. Amen. Oremus. Oro.

DOmine ieſu chriſte fili dei viui qui in hunc mundum veniſti
peccatores ſaluos facere: quiqʒ cum peccatoribus et publi-
canis manducando dixiſti: nō veni vocare iuſtos ſed peccatores.

et quid eſt miſericordiam volo: et non ſacrificiū. Ex quibus ſanctos apoſtolos et Euangeliſtas tuos elegiſti: Martyres: Confeſſores: virgines: et omnes ſanctos et ſanctas tuos congregaſti: audi et exaudi nos peccatores miſeros et fragiles: et ne reſpicias indignitatem noſtram: reſpice potius dignitatem tuam qua digna tus es: ō indignis dignos facere: et de peccatoribus iuſtos. Tu dn̄e rex eterne glorie etc̄. Ut ſupra. fol. x. vſq; ad euangeliū.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum. Mattheum. ca. xxiiij.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Sicut fulgur exit ab oriēte et apparet vſq; in occidentem: ita erit aduē tus filij hominis. Ubicunq; fuerit corpus: illuc congregabuntur et aquile. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur: et Luna non dabit lumen ſuum: et Stelle cadent de celo: et virtutes celorum comouebuntur. Et tunc apparebit ſignum filij hominis in celo. Et tunc plangent ſuper ſe omnes tribus terre: et videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa et maieſtate. Et mittet angelos ſuos cum tuba et voce magna: et congregabunt electos eius a quattuor ventis celi: a ſummis celorum vſq; ad terminos eorum: ab arbore autem fici: diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata: ſcitis quia prope eſt eſtas. Ita ⁊ vos cum videritis hec omnia: ſcito te quia prope eſt et in ianuis. Amen dico vobis quia non preteribit generatio hec: donec omnia fiant. Celum et terra tranſibunt: verba autem mea non preteribunt. Deo gratias. Poſtea dicat ſacerdos. Eecce crucem domini. vt ſupra cum ſuis verſiculis et Reſponſorijs vſq; ad orationem. fol. x. Oremus. Oratio.

Beati apoſtoli tui et euangeliſte Matthei queſumus domine precibus adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet: eius nobis interceſſione donetur. Per chriſtum dominum noſtrū. ℞. Amē. Cetera vt ſupra faciendo Cruce; de cera. Ad meridiem. Poſtea ſacerdos vertat ſe ad meridiem: et aſpergēdo aqua; benedictam dicat. Adeſto nobis omnipotens pater et filius et ſpiritus ſanctus. ℞. Amen. Oremus. Oratio.

Domine ieſu chriſte filij dei viui: qui ab impijs et ſceleratis fla

gellari: ſpinis coronari: ſputis conſpui: collaphis cedi: et in cru-
ce clauari voluiſti: quem adorat multitudo angelorum: cui thro
ni et dominationes ſubijciuntur: quem cherubin et ſeraphin. Sā
ctus. Sāctus. Sanctus. Dominus deus ſabaoth clamāt in excel
ſis. Tu domine rex eterne glorie. etc̄. Ut ſupra. fol. x.

¶ Sequentia ſancti euāgelij ſecūdū Lucam. c. xxi.

IN illo tempore: Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Erūt ſigna in ſo-
le et luna et ſtellis: et in terris preſſura gentium: pre cōfuſiōe
ſonitus maris et fluctuum. Areſcentibus hominibus pre timore ⁊
expectatione: que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celo
rum commouebuntur: et tunc videbūt filium hominis venientem
in nube cum poteſtate magna et maieſtate. His autem fieri incipiē
tibus: reſpicite et leuate capita veſtra: quoniam appropinquat
redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Uidete ficulneam
et omnes arbores cum producunt iam ex ſe fructum: ſcitis quoniā
prope eſt eſtas. Ita et vos cū videritis hec fieri: ſcitote quoniā pro
pe eſt regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit genera-
tio hec: donec omnia fiant. Celum ⁊ terra tranſibūt: verba autem
mea non tranſient. Deo gratias. Poſtea repetatur. Ecce crucem
dn̄i. Ut s. cū ſuis vſiculis ⁊ Reſpōſorijs: vſq; ad orōnē. fo. x.

IN terueniat pro nobis queſumus domine ( Oremus. Oratio.
ſanctus tuus Lucas euangeliſta: qui crucis mortificationē
iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. Per chri-
ſtum dominum noſtrum. R̄. Amen. Cetera vt ſupra: faciendo cru
cem de cera. ¶ Ad aquilonem. Poſtea ſacerdos vertat ſe ad aqui
lonem: et aſpergendo ſacerdos aquā benedictā dicat. Adeſto no-
bis omnipotens deus pater et filius et ſpiritus ſanctus. R̄. Amē.

DOmine ieſu chriſte fili dei viui: qui es refu- Oremus. Oratio.
gium pauperum: ſpes humilium: et proptector in te ſperan-
tium: hanc plagam aquilonarem a qua omne malum panditur: vt
teſtatur propheta: potenter reſpice: et mala que iuſte meremur:
propitius auerte. Tu dn̄e rex eterne glorie. etc̄. Ut ſupra. fol. x.

I vſq; ad euāgeliū. ¶ Sequētia ſcī euāgelij ſcd̄m Mar. c. xvi.
IN illo tempore: Recumbentibus vndecim diſcipulis: appa-

ruit illis ieſus et exprobrauit incredulitatē illorum et duritiam cordis: quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe: non crediderant: et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit: et baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui autem non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec ſequētur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: et ſi mortiferum quid biberint: non eis nocebit: ſuper egros manus imponent: et bene habebunt. Et dominus quidem ieſus poſtq̄ʒ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum: et ſedet a dextris dei. Illi autem profecti p̄dicauerūt vbiqʒ domino cooperante: et ſermonem confirmāte ſequentibus ſignis. Deo gratias. Poſtea dicat vt ſupra. Ecce crucē domini. et cetera. Cū ſuis verſiculis et Reſponſoriis fol. x. vſqʒ adoratione.

Oremus. Oratio.

Deus qui nos beati marci euangeliſte concedis natalitio perfrui: da eccleſie tue id amare quod credidit: et predicare quod docuit. Per chriſtum dominū noſtrū. ℟. Amē.

Cetera vt ſ. per totū faciendo crucem de cera. ¶ Poſtea dicatur. genibus flexis ſequens letania.

Kyrieeleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrieeleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Pater de celis deus. ℟. Miſerere nobis. Fili redemptor mundi deus. ℟. Miſerere nobis. Spiritus ſancte deus. ℟. Miſerere nobis. Sancta trinitas vnus deus. ℟. Miſerere nobis. Sancta maria et omnes angeli dei. ℟. Orate pro nobis. Sancte Petre cū omnibus Apoſtolis et euāgeliſtis dei. ℟. Orate pro nobis. Sancte ſtephane cū omnib9 Martyrib9 dei. ℟. Orate pro nobis. Sancte Hieronime: Auguſtine: et Sacerdos cū oib9 cōfeſſorib9 dei. ℟. Orate ꝓ nob. Sācta anna. Sancta maria Magdalena. Liberata cū ſororib9. Brigida. Agatha. Catherina. Engratia. Urſula: cū oib9 ſctis dī ℟. Orate ꝓ nob. Quo finito dicat ſacerdos bn̄dictionē ſequētē.

Et benedictio dei pa✠tris omnipotentis: et fi✠lii: et ſpiritus ſan✠cti: deſcēdat et maneat ſuper nos: et ſuper terminos noſtros: et Angelus domini bon9 cuſtodiat nos: et eos ſemper. ℟. Amen. Et ſtatim: vnicuiqʒ parti aſpergatur aqua benedicta

¶ Modus contra tempeſtates.

## Modus cõtra tempeſtates.

Primo et ante omnia ſacriſta attendat ad nubes et ad diſpoſitionẽ temporis; et dum viderit moueri tempus: ſtatim pulſet cymbala: et ſacerdos cum Superpellitio et ſtolla veniat ad ſacrarium et aperiat altare ac ſi vellet dicere miſſam aperiẽdo Corporalia et ponat librũ miſſale in faciſtorio ad partem euangelij apertum in ea parte vbi eſt **Te igitur.** ad verba conſecrationis: et incendat luminaria et cereum Paſchalem et aperiat Sacrarium vbi eſt corpus chriſti: ſed nõ extrahat Corpus chriſti a cuſtodia vel a pixide pro nulla tempeſtate: quoniam eſſet excõmunicatus. Sed ſolum aperiat Sacrarium: et ſic apertuꝫ ſit: donec tempeſtas fuerit ſedata. Tunc ſacerdos accipiat Crucem et Reliquias ſanctorum vbi habentur quas ſecum portare voluerit ad coniurandum nubes. Et coram corpore chriſti dicat pſalmũ. In te domine ſperaui nõ cõfundar in eternum: in iuſtitia tua libera me. Totum cum Gloria patri. Et poſtea dicat. Oremus. Deus fortitudo certantium et Martyrũ palma in adiutoriũ meũ intẽde. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. Et hoc tribus vicibus. Poſtea eundo ad coniurandum dicat Pſalmum. Ad te leuaui animaꝫ meã: deus meus in te confido nõ erubeſcã. Totũ cũ. Gloria patri. Et cum iam fuerit in loco coniurationis: reſpiciat nubes fiducialiter oſtendendo crucem: et dicendo. ℣. Ecce crucem domini all'a. Fugite partes aduerſe: vicit leo de tribu iuda radix dauid all'a. Adeſto nobis deus omnipotens pater ꝛ filius et ſpiritus ſanctꝰ. Chriſtus viuit. Chriſtus vincit. Chriſtus regnat. Chriſtus imperat. Chriſtus ab omni malo et a fulgure et tempeſtate et malignitate temporis nos defendat. Chriſte ieſu fili dei viui: miſerere nobis. ℣. Conuerte nos deus ſalutaris noſter. ℟. Et auerte iram tuam a nobis. ℣. Exurge domine adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuũ. ℣. Oſtende nobis dñe miſericordiam tuã. ℟. Et ſalutare tuuꝫ da nobis. ℣. Et veniat ſuper nos miſericordia tua domine. ℟. Et ſalutare tuũ ſecundum eloquiũ tuum. ℣. Rorate celi deſuper et nubes pluant iuſtum. ℟. Aperiatur terra et germinet ſaluatorem. ℣. Rigans montes de ſuperioribus tuis ℟. De

fructu operum tuorum ſatiabitur terra. ℣. Producēs fenum iumē-
tis. ℟. Et herbam ſeruituti hominum. ℣. Educas panem de ter
ra. ℟. Et vinum letificet cor hominis. ℣. Ut fructus terre dare et
conſeruare digneris domine. ℟. Te rogamus audi et exaudi nos
domine. Et ſtatim ſacerdos procedat vt ſequitur.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter ſpes omnium finium terre et
in mari longe. Sancte deus. Sancte fortis. Sancte immorta
lis. Miſerere. miſerere. miſerere nobis. Adiuua nos deus ſaluta-
ris noſter: et propter gloriā nominis tui domine libera nos ab hac
malignitate temporis. Aſpice domine de ſede ſancta tua: et cogi-
ta de nobis. Emitte ſpiritum ſanctum tuum et creabuntur: et reno-
uabis faciem terre. Qui celorum contines thronos et abyſſus in-
tueris domine. Rex regum et domine dominantium ieſu chriſte fi
li dei viui montes ponderas: et terram palmo concludis: exaudi
nos in gemitibus noſtris. Sancta dei genitrix virgo immaculata.
Maria benedictiſſima integerrima reginarum regina. Impera-
trix excellentiſſima ſub tuum preſidium confugimus: ſub tua pro
tectione ſperamus: in tuo amore fiducia noſtra. Da virtutem tuam
contra hoſtes noſtros. Ora patrē: placa natū: vt pducat ad opta
tum noſtrum deſideriū. Omnis ſanctus te honorat: omnis virtus
te decorat in celorum ſolio. Amen. Sancte michael. Sancte Ga-
briel. Sancte raphael ſuccurrite nobis cum omni comitatu veſtro
celeſti. Sancte petre. Sancte paule. Sancte andrea. Sancte ioan
nes. Sancte iacobe. Sancte bartholomee cū omni ſenatu veſtro
aſſiſtite nobi. Sancte ſtephane ꝓthomartyr egregie tibi lapides
torrentis dulceſ fuerunt: dulces fiant nubes iſte tuis precibus: dul
ceſcat tēpus tua interceſſione. Uos martyres chriſti: qui inter ac-
cerrimos dolores ſpe gaudētes in tribulatione clamabatis. Uin-
dica domine ſanguinem noſtrum: et libera nos. Uindicate veſtris
precibus iniuriā hanc Sathane: et liberate nos ab hac maligni-
tate temporis. Sancte valeri valentiſſime paſtor noſter dux et cō
ſeruator: valeant nobis merita tua in hac hora ſucurre. Audi et ex-
audi nos: fugiant a facie nominis tui omnes maligni ſpiritus ini-
mici noſtri: et ſicut fluit cera a facie ignis: ſic fluant nubes iſte ſalu-

tarez pluuiam et congruentem. Sancte Brauli inſignis Zelator
veritat[is] chriſti: hereticorum debellator inuictiſſimus: braulius for-
tis et glorioſus exurge et inſurge: effunde frameam: ⁊ conclude ad
uerſus malignos ſpūs tempus cōturbantes: et diuide eos hinc et
inde: fuga ⁊ inſequere ad inuocationem nominis tui omnem ma
lignitatem temporis: et tranquillam nobis pluuiam aut ſerenita-
tem tua ſancta interceſſione ꝓcura. Sācte blaſi benedicte bene✠
dictiōe tua blādas mites et pacificas fac pſentes nubes. Bene✠
dic nos ⁊ terminos et fructꝰ nr̄os. Vos ſancti cōfeſſores dei vigila
te ſuper nos: accingimini in adiutorium noſtrum: et accenſis lumi
naribus celeſtibus preſentes tenebras a nobis expellite. Barba
ra nos cōſerua. Chriſti mitiſſima ſerua. O beata brigida. O bea-
ta liberata cū ſororibus tuis. O vrſula admirabilis. O vos om̄es
virgines beate: veſtra puritas et munditia purificet et mundet pre
ſentes nubes: et omnem maliciam temporis imminētem. Omnes
ſancti ⁊ ſancte dei ſuccurrite nobis: ſubuenite veſtra ſedula interceſ
ſione. O ieſu chriſte adſis nobis. Jeſus ſaluator mundi ſalua nos
omnes et terminos noſtros. Bene✠dic domine nubem iſtam.
ſan✠ctifica nubem iſtam: et conuerte eam in pluuiam congruen-
tem et ſalutarem. Deinde dicatur. ps. Te enim deum laudamus.
Totum cum. Gloria patri. Quo finito dicat. Oremus. Oratio.

A Domo tua q̄ſumꝰ dn̄e ſpirituales nequitie repellā tur: et aerea
rum diſcedat malignitas tēpeſtatū et fulgurū: per te ſaluator
mūdi. Qui cū patre et ſpiritu ſancto viuis et regnas deus. Per oīa
ſecula ſeculorū. Amen. Et ſtatim dicat. Ecce ergo crucem domi-
ni all'a. Fugite partes aduerſe: vicit leo de tribu iuda. radix da
uid all'a. Per quem hec omnia ſemper dn̄e bona cre✠as. Viui✠
ficas. San✠ctificas. Bene✠dicis ⁊ p̄ſtas nobis. Per i✠pſū.
et cum i✠pſo. et in i✠pſo eſt tibi deo patri omnipotēti in vnitate
ſpiritus ſancti honor et gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Va✠de
ergo ſathana ⁊ diſcede a nobis et a finibus noſtris: recognoſce ſen
tentiā tuam: et da honorem deo viuo et vero: ⁊ da honorē ieſu chri
ſto filio eius domino nr̄o: et da honorez ſpiritui ſancto paraclyto
quia nos deus et dn̄s noſter ieſus chriſtus ad ſuam ſanctam gra-

tiam fontemq; baptiſmatis dono ſue gratie vocare dignatus eſt:
et hoc ſignum ſancte cru✠cis et aſperſionis aque benedicte quã
ego impono nobis et terminis noſtris: tu maledicte diabole nũq̃;
audeas violare preſtante domino noſtro ieſu chriſto. Qui cum pa-
tre et ſpiritu ſancto viuit et regnat deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ.
Amen. ℣. Per cru✠cis hoc ſignũ diſcedat omne malignũ. Amẽ.
Et ſtatim dicat. Ecce crucem domini all'a. Fugite partes aduerſe:
vicit leo de tribu iuda: radix dauid all'a.. Angeli. Archangeli. Do
minatiões. Principatꝰ ⁊ Poteſtates. Uirtutes celoꝝ. Michael.
Gabriel. Cherubin. Seraphin. q̃ nõ ceſſant clamare quotidie dicẽ
tes. Dignus es domine accipere gloriam et honorẽ et benedictio
nẽ: ipſi ſuccurrãt nobiſ nũc ⁊ terminis noſtris cuſtodiẽdis. Exau
di nos deus ſalutaris noſter: et mittere digneris ſanctum angelum
tuũ de celis: qui cuſtodiat: foueat: protegat: viſitet et defendat oẽs
nos ⁊ terminos nr̃os. Per chriſtum dñm noſtrũ. Amẽ. ¶ Con✠
iuro vos nubes ⁊ ſpũs malignos q̃ i eis latitatꝭ p pa✠trem et fi✠
liũ ieſum chriſtũ dñm noſtrũ ⁊ ſpiritũ ſan✠ctũ et p totã domina-
tionẽ eius: vt recedatꝭ a nobis ⁊ a terminis noſtris: nullũq; ibi ma-
lum faciatis: ſed eatis in terrã deſertã et inhabitabilem: ibiq; ma
neatis expectãtes diẽ iudicij tremendi dñi noſtri ieſu chriſti. Qui
vẽturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos et ſeculũ per ignem. Amen.
Audi maledicte ſathana. Audi creatura dãnata: reprobata et ma
ledicta in eternum a deo propter nequitiam tuam. Audi ſpiritus
immunde vbicunq; latitas in nubibus iſtis adiuratus per nomen
eterni dei et ſaluatoris noſtri ieſu chriſti cum tua victus inuidia tre
mens gemenſq; diſcede a nobis et a terminis noſtris: nihil ti-
bi ſit commune cum ſeruis dei nobis iam celeſtia cogitantibus.
Da igitur honorẽ deo patri eiuſq; filio domino noſtro ieſu chriſto
et ſpiritui ſancto paraclyto: vt ab omnibꝰ nexibus peccatorũ pre-
teritorũ imminẽtiũq; fulgurũ et tempeſtatũ liberati: gratias deo
immẽſas referamus: et benedicamus nomẽ eius ſanctum in ſecu-
la ſeculorum. Amen. Neq; te latet ſathana maledicte. Neq; te la
tet creatura dãnata reprobata et maledicta in eternũ ꝓpter tuam
neq̃tiã. Neq; te latet ſpũs imũde vbicũq; habitas i nubibꝰ iſtis

imminere tibi penas: imminere tibi tormenta: imminere tibi diem ſupplicij ſempiterni: diem qui venturus eſt velut clibanus ardenꝰ: in quo tibi atqȝ tuis angelis apoſtaticis pꝛeparatꝰ ſempiternuſqȝ erit interitus. Pꝛoinde damnate atqȝ damnande da honoꝛem deo viuo et vero: et da honoꝛem ieſu chꝛiſto filio eius et ſpiritui ſancto paraclyto: in cuius nomine atqȝ virtute pꝛecipio tibi cum angelis tuis apoſtaticis quicūqȝ es immunde ſpiritꝰ: vt exeas et recedas a nobis famulis dei et a terminis noſtris: nullum malum ibi faciē-do: et vade in terram deſertam et inhabitabilem: vt ibi fiat habitatio veſtra vſqȝ in diem iudicij tremendi domini noſtri ieſu chꝛiſti. Qui venturus eſt iudicare viuos et moꝛtuos et ſeculum per ignē. Amen. Tu ergo effugare diabole maledicte creatura dānata atqȝ repꝛobata: effugare ſpiritus immūde vbicunqȝ habitas in nubi-bus iſtis: effugare a nobis et a terminis noſtris: ⁊ nunq̄ȝ de cetero huc accedas: appꝛopinquabit in bꝛeui cōtra te iudiciuȝ dei. Ecce crucem domini all'a. Fugite partes aduerſe: vicit leo de tribu iu-da radix dauid alleluya. Ipſe enim tibi imperat dānate atqȝ dā-nande. qui pedibus ſupꝛa mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti dex-teram poꝛrexit. Quiqȝ Paulum d̄ pꝛofundo pelagi liberauit. Qui ex quinqȝ panibus et duobus piſcibus ſatiauit quinqȝ milia ho-minum. Qui quatriduanum Lazarum verbo ſuſcitauit: Qui ceco nato oculos aperuit. Qui demoniacum ſurdum et mutum pro-pꝛia virtute a tui obſeſſione liberauit. Quiqȝ filiam cananee a tui vexatione ſanauit. Qui decem lepꝛoſos a lepꝛa mundauit. Qui te legionem in poꝛcos mitti iuſſit. Qui te in deſerto abire mandauit. Qui te ad moꝛtem crucis inſidiatoꝛem eius duȝ velles eū capere: cepit concluſit et captiuauit. Qui deſcendens ad inferos et te cū angelis tuis apoſtaticis alligans: et omnes patres veteris teſta-mēti quotquot in eum ſperauerunt: te inuito: a tuo domino vſurpa-tos ſua potētia gloꝛioſe eripuit. Quiqȝ ſpōte ſua mūduȝ per carniſ aſſumptionē viſitās: ⁊ Mariā matrem ſuam virginē electā impꝛe-gnauit: et virginē poſt partū magnificauit. Quiqȝ ad ſui natiuita-tem ad ſtabulum et pꝛeſepe mediam noctem celeſti lumine clarere fecit. Angelos videri a paſtoꝛibꝰ: gloꝛiā in excelſis ⁊ pacē in terra

hominibus cantare iuſſit: et ad ſui manifeſtationem Orientales Reges (ſtella duce) cum muneribus ad ſe adorandum compulit. Quiqꝫ iordanis fluenta tactu ſue mundiſſime carnis ſanctificauit: et ad recreãdos nouos populos baptiſmi inſtitutione aquas fecundauit. Quiqꝫ ſua predicatione ſanctiſſima mundum illuſtrauit: ſuaqꝫ exemplari vita ſanctificauit. Pauperes parentes ⁊ apoſtolos iudices et ſenatores mundi fecit. Quiqꝫ in monte Thabor transfiguratus: veram gloriam dei ſuis oſtendit. Quiqꝫ ad Paſſionem et mortem letabundus acceſſit: et ſua morte mortem ſuperauit: et die tertia reſurrexit. Quiqꝫ propria virtute celos aſcendit: Quiqꝫ ad dexteram dei ſedens venturus iudicare viuos et mortuos et ſeculum per ignem expectatur. Ipſe tibi imperat in cuius aduentu ceci vident: claudi ambulant: mortui reſurgũt: leproſi mũdantur: et pauperes euangelizantur. Ipſe tibi imperat cuius imperio tota cerimonia obſeruãtiaqꝫ legis moſaice ad ſui illuſtriſſimi euangelij cultum et ritum commutata eſt. Cuiuſqꝫ mandato omnia ſacrificia ad ſui corporis et ſanguinis diuiniſſimum ſacramentum: ſicut vmbra ad corpus ceſſare fecit. Ipſe tibi imperat cuius imperio mundus renouatus et homo redemptus plenitudinem legis ad vnius fidei ſpei et charitatis perfectionem tranſire fecit. Ipſe tibi imperat: qui ſolet imperare. Ipſe tibi imperat: qui debet imperare. Ipſe tibi imperat: qui omnibus imperatoribus imperat. Ipſe tibi imperat: qui omnibus qui in celis et in terris: et in infernis ſunt: imperat. Ipſe tibi imperat: qui eſt ſolus imperator: cuius imperij non erit finis. Ipſe tibi imperat: qui omnia ſimul ex nihilo creauit. Ipſe tibi imperat creator et redemptor gubernator et protector. Ipſe tibi imperat: qui de ſacrario ſuo imperauit mihi vt venirem ad imperandum tibi. Verere ergo eius imperium maledicte ſathana. Verere effugere dãnate et dãnande. Effugare et iam vade et recede hinc a nobis et a terminis noſtris illeſis: et quieſce amodo agere peruerſe nobiſcum dimittendo nubes claras pacificas ⁊ quietas ab omni inquietudine tua: vt et nobis pluant ſuauem placidam ſalutarem et congruentem pluuiam noſtris terminis opportunam. Qui in trinitate perfecta viuit et

regnat deus vnus pa✠ter: et fi✠lius: et ſpiritus ſan✠ct9. Amē. Si nōdum finitur tēpeſtas: poteſt adere pſal' Quicunqꝫ vult. totū cum. Gloria patri. et Credo in deū Totū cū ſigno cru✠cis aſpergendo aquam benedictā in omnibus et poteſt addere. ps. Exurgat deus. Totū. et. ps. Miſericordias domini. Totuꝫ. Et poteſt reiterare iſtam coniurationem ſupradictam totiens quotiens fuerit neceſſarium. ¶ Finita et ſedata tēpeſtate: redeat ſacerdos ad Sacrā apertum recitando. ps. Te deum laudamus. Totuꝫ. Quo finito dicat. Agimus tibi gratias omnipotēs deus pro vniuerſis beneficijs tuis. Qui viuis et regnas in ſecula ſeculorū. Amen. Ne derelinquas nos domine deus noſter: ne diſceſſeris a nobis. In nomine patris: et filij ꝛ ſpiritu ſancti. Amē. Et claudat Sacrariū. Quo clauſo: dicat vnū. ℟. p animabus in purgatorio exiſtentib9 cū collectis. Inclina dn̄e. et Deus venie largitor. et Fideliū de9.

¶ Alia adiuratio ſeu coniuratio contra tēpeſtatē.

¶ Tenetur etiã omnis fidelis xpianus in etate decem vel duodecim annoꝝ cõſtitutus Euchariſtie ſacramẽtũ ad minus in paſcha Reſurrectionis recipere: niſi forte de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquã rationabilẽ cauſam ad tempus ꝛ illud breue duxerit abſtinẽdũ. Alioquin ꝛ viuẽs ab ingreſſu eccleſie arceatur: et moriẽs chriſtiana careat ſepultura: vt in. d. c. Omnis vtriuſqꝫ ſexus: Et cũ diximus quod in decimo vel in duodecimo anno poſſunt pueri ſiue adoleſcentes cõmunicare: illud eſt intelligẽdũ: quando poſſunt cõcipere deuotionem huius ſancti ſacramẽti: et diſcernere et diiudicare corpꝰ chriſti: ꝛ reuereri ab alio cibo vt decet ꝛ eſt neceſſe: ita tamẽ qđ ĩ eis appareãt tũc ſigna diſcretionis deuotionꝭ et reuerẽtie. Nã tales vt dicit ſctus Thomas in. iiij. diſ. ix. Poſſunt et debent ſaltẽ ſemel in anno ſumere: ad quod tenẽtur eos inducere: qui eorum curam habent: ꝛ curatus ipſe: quantum in ipſo eſt. Et ſciãt ſacerdotes quod omnes q̃ communicauerint a die lune ſeptimane ſancte incluſiue vſqꝫ ad dñicã in albis: cõmunicantes in quolibet dictorũ dierũ prefati termini: ſatiſfaciunt ꝓcepto eccl'ie: et cõmunicare dicũtur in Paſcha: et hoc ꝑ cõceſſionẽ Eugenij pape. iiij.

No. tempus in q̃ quilibet tenetur cõmunicare

Proprij ſacerdot[is]. quis dr̃ proprius ſacerdos. vt colligo ex Panor. in. d. c. omnis. et Car. in clemen. dudum de ſepul. Primo, Papa in toto mũdo. 2o. legatus in tota ſua prouincia. Tertio penitentiarius eiuſdem legati in prouincia. Quarto Archiepus dum viſitat eſt propꝰ ſacerdos ſuorum ſuffraganeorum. et eos abſoluere poteſt. c. Noſtro. de peni. et remiſ. Quinto epus in tota ſua dioceſi.

¶ Ad debitã ſuſceptionẽ huiꝰ ſacramẽti tria reqrũtur. ſ. Immunitas a pecc̃o mortali. Eleuatio mẽtꝭ ad deũ. Et mũditia corpalis.

Sexto Archipreſbyter eccl'ie Cathedralis. Septimo vicarius generalis epi. Iſti duo poſſunt audire oẽs de dioceſi. argu. l. Cum pretor. ff. de iudi. et. c. offitium. de offi. Archipreſbyteri. Octauo pbr̃ parrochialis in tota ſua parrochia. Nono vicarij prefatorum. Decimo omnes habentes licentiaꝫ ab aliquo predictorum.

¶ Eſt itaq; ſecundum Petrū aureolū ordinis minorū in. iiij. diſ.
ix. q. ij. Idoneus ſuſceptor huius ſancti ſacramēti hō viator: adul
tus: fidelis: mēte preditus: ieiunus: deuotus: apparitione miracu
loſa nō prohibitus: ſine cōſcientia peccati mortalis: legitime con
feſſus: in cōuerſatione criminine nō notatus: et cū recta intētione.

Quibus ſit miniſtrandum Sacramentum eucharistie: et quibus non.

¶ Amentibus ſiue furioſis a natiuitate qui nūq̄ habuerūt vſum
rationis iſtud Sacramētū nō eſt dādum: quia nō habēt actualem
deuotionē requiſitam. Sed ſi aliquādo habuerūt vſum rationis:
et illum amiſerunt: habēt tamē aliqua lucida interualla: et tali tē-
pore interuallorū petūt iſtud ſacramentū cū deuotione: dandū eſt
eis volentibus recipere reuerēter: ita tamen quod tēpore furie nul
lo modo eis detur. Non datur freneticis quibus vſus rationis li-
gatus eſt omnino: maxime ſi timeatur d̄ irreuerētia: ſicut de expui
tione. Minus datur demoniacis: niſi cū deuotione et reuerētia pe
terent dum tamen habeant vſum rationis: quia tunc taliter deuo-
te et reuerēter petentibus eucharistia non eſt deneganda ſecundū
thomā: niſi cōſteteos pro crimine torqueri: quia tunc pro excōmu
nicatis ſunt habēdi. Min9 dandū eſt cathecuminis: quia nō ſunt
de familia chriſti per baptiſmū. Videatur ſanctus thomas. di. ix.
in. iiij. ſententiarū circa hanc materiā. Nec datur leproſis nō po-
tētibus ſacramentum recipere et tractare in ore ſuo.

Freneticis. Demoniacis. Cathecuminis.

¶ Cōmunicaturus ieiunus debet eſſe: ſi tamē aliqd cōmeſtibile vł
potabile poſt mediā noctē ſumpſerit nullo modo poteſt cōmunica
re: ſiue digeſſerit ſiue nō. de cō. diſ. ij. c. Liqdo. vij. q. j. c. Nihil. de
celebratione miſſarū. c. Ex parte. Excipit̄ caſus infirmitat̄: q2 ſi
de infirmorū piculo mortis timet̄: etiā poſt cibū vł potū tales infir
mi ſunt cōmunicādi ne ſine cōmunione decedant. de con. diſ. ij. c.
Preſbyter. Nec obſtat. c. Sacramēta. d̄ cō. diſ. j. Q2 abrogatū ē.

Infirmi ſunt cōicandi poſt cibum.

¶ Hoc vnū ſacerdotib9 valde neccīū ānotādū ē ī receſſu mānualī.
¶ Illud eſt: ꝙ ſi aliquis in infirmitate loquelam amiſerit in articu
lo mortis vel ī freneſim duenerit: et ad pn̄iaz feſtinauerit: et pn̄iam
petiierit et ſacerdotē: qui cū venerit: iam infirmus extra ſe eſt et nō
compos ſui: tūc ſi dederint teſtimoniū q̄ eū audierūt: illū egrotū vo
luiſſe facere oīa q̄ vt xp̄ianus d̄buit: et piculū eſt ī mora: ſi cōtinuo

creditur morituruſ: tūc taliſ pſumitur cōtritus. Jdeo aliq̄s ꝺ circū Signa ɔtritiōis.
ſtātibus ꝓ eo pōt facere cōfeſſionē generalē: ꝛ ſacerdos abſoluat
eū ab oibus cēſuris caſibus ꝛ pccĩs: iniūgēs aliq̄d circūſtātibuſ:
vel cōſanguineis aut heredibus ꝓ aīa eiꝰ faciēdū: ſi voluerit acce
ptare. Deīde ſacerdos adminiſtret ei euchariſtiā ori eius īfundēſ:
licet nō ſit confeſſus eo ꝙ nō potuit. xxvj. q. vj. his q̇. Et ſi aliquiſ
ſcdm archidiaconū eadē. q. c. Si preſbyter: niſi timeatur de eius
expuitione vel vomitu. vide ꝺ hac re eadē. q. xxvj. c. Qui recedūt:
cū. vij. capitulis ſequētibus. s. Thomas. iij. parte. q. lxxx. ar. ix.

¶ Ordo ad ſanandos demoniacos.

Ed ante oia ē bene aduertēdū q̄ ꝺmoniaci ſunt
ī duplici differētia. Primi ſunt q̄ ex melācolia na
turali vel ex aliquo caſu fortuito facti ſunt mania
ci: ſtupefacti: pēſatiui: triſtes nimis accuſati atq̄
pplexi: q̄rēteſ ſolitudinē: ī abſcōdito: ī obſcurita
te: ī taciturnitate: gemēteſ: ſuſpirātes: flētēſ: timo
re pterriti: ꝛ neſciūt q̇d petāt: aut q̇d velit deſolati plurimū: quibꝰ
demō in inſidijs inſidiatur vt obſidat eos: et ī eos intret niſi eis ſub
ueniatur: aut a deo: aut ab angelis cuſtodibuſ: aut ab Eccleſie ſan
cte miniſtris. Et pro talibus erit hic ordo ſanationis.

AD partē ꝛ nō publice eiꝰ curatꝰ accipiat ꝺmoniacū ꝛ exhorte
tur eum vt dicat ei veritatem interrogando euꝫ ſi fecit falſum
iuramentum: aut falſum teſtimonium in iuditio vel extra iuditiuꝫ:
aut fecit facere mandando aut conſulēdo aut quomodocūq̄ con
ſentiēdo: vel ſi interfecit hominē: aut aborſuꝫ fecit: ſi mulier eſt: ꝛ in
terfecit ꝛ abcondit in ſabulo: aut cōſuluit: aut cōſenſit: aut adiuuit
ad faciēdū: vel ſi proditorie cōſenſit in furtū vel dānū ꝓximi: vł ſi
habet zelū ꝺ marito vel de vxore: vel ſi mortuus eſt ei aliq̄s parēs
vel amicus vel amaſius vel amaſia: quem vel quā plurimū dilige
bat: vel ſi perdidit aliquā rē ſibi charā: vt pote āulos aureos: vł
aliq̄d ornamētū: aut iocale pciosuꝫ: vel ſi aliq̄s ei iniurias aut blaſ
phemias aut cōuicia dixit: aut pcuſſit vł vapulauit: ꝛ ſic ꝺ alijs ca
ſibuſ plurimis q̄ cōtingere poſſunt: aut forte ex ſola naturali melā
colia hoc habet. Et cōperta cauſa ſcdm prudētiā et diſcretionē

et facultatē poſſibilē: curatus adhibeat remediū ſecreto ⁊ cū omni
ſolicitudie. Et faciat cū cōfiteri optime ⁊ generalit̄ ⁊ particulari-
ter dicēdo cauſam triſtitie. Et poſtea diſponat eū ad digne ſuſcipiē
dā eucħariſtiā: iniūcta ſibi penitentia ſalutari. Sūt q̄ttuoꝛ remedia
ſcdm doctrinā ſcti doctoꝛis ſufficētia ſine dubio ad curādū tales:
ſi adhibeantur cum diligentia.

PRimū eſt meditatio paſſionis ieſu chꝛiſti dñi noſtri. Unde cu
ratus debet exhoꝛtari talē demoniacū vt iugem habeat me-
moꝛiā eius: mādādo ei vt ſepe et ſepius ⁊ ſepiſſime adoꝛet crucē cū
crucifixo pedes. ſ. et manus et latus et faciat quod poꝛtet ſecū ali
quā imaginē crucifixi: et eā pluries aſpiciat in die et in nocte.

¶ Secundum remediū eſt: vt occupetur talis in oꝛatione deuota:
ſi forte neſcit: Credo in deū. et oꝛationē dñicam. Aue maria ꝙ adi-
ſcat bene: ⁊ aliquas oꝛationes deuotas virginis ⁊ ſancti Michae
lis ⁊ angeloꝝ: ⁊ alicui⁹ alteri⁹ ſancti vel ſcte ei grati. Et oꝛdinet cu
rat⁹ eius deuotionē: dicēdo ei qḋ mane dicat tale: meridie tale: veſ
pere tale: ſecūdū deuotionē perſone ⁊ ſufficientiā et diſpoſitionē.

¶ Tertiū remediū eſt: ſocietas amicoꝝ: ita vt nūq̄ ſit ſolus: do-
nec fuerit ſan⁹: dixi amicoꝝ: ita qḋ ſint tali demoniaco grati ⁊ pla-
cētes: q̄ adiuuēt eū ad pellēdā triſtitiā vl' imagiatiōnē ⁊ ad cōfoꝛ
tandū ⁊ letificādū eū: ſubueniēdo i ſua neceſſitate ⁊ ꝑplexitate ⁊
anguſtia: et hoc eſt pꝛecipuum remedium ſecundum ſanctū docto
rem: ſuppoſita gratia diuina.

¶ Quartū remediū eſt: ꝓcuratio ſanctarū delitiaꝝ coꝛpoꝛaliū. ſ. in
tret aliqḋ balneū odoꝛiferū ad cōſiliū medicoꝝ. Itē bonus cibus:
bonū vinū mediocriter limphatū: cōueniēs lectus: viſio viridariſ:
fluēta aquarū vidēre: ire ad licitā venationē: mutare patriā: ſume
re electuaria letificātia: iocari licite: et ad coꝛpoꝛales et manuales
opationes man⁹ apponere: vt diuertat mētē a melācolia naturali
⁊ a triſtitia aſſumpta in qua demō inſidiatur ei. Itē aliq̄ lapidarij
cōſulunt certos lapides talibus apponi: ſed quia timetur de ſuper
ſtitione aliqua in eis: nō eſt cōfidēdum in eis. Satis ſufficiūt ſine
dubio remedia ſupꝛadicta cū gratia diuina: pꝛo qua impetranda
in ſimilibus dicātur ea que ſequuntur. Pꝛimo. Tres miſſe de tri-

nitate. Cum. Gloria. et. Credo. et. Prefatione. Secundo. Una
miſſa de paſſione chriſti. Officium. Humiliauit. etc. Tertio. Una
miſſa d̓ aſſumptione beate virginis marie. Quarto. Una miſſa de
omnibus angelis. Quinto Una miſſa de omnibus ſanctis. Et in
qualibet miſſa incendatur vna candela corā corpore chriſti: vel plu
res ſi potuerit ad obſequiū ſancti ſacramenti. Et ꝓmittat ieiunare
tria ieiunia: et dare tres elemoſinas. Et finaliter dicantur ſuꝑ eum
quattuor euāgelia ſequētia ¶ Initiū ſancti euāgelij ſcdm Joānē.

In principio erat verbū: Et verbū erat apud deum: Et deus
erat verbum: Hoc erat in principio apud deū. Omnia ꝑ ipm
facta ſunt: et ſine ipſo factū eſt nichil. Quod factum eſt: in ipſo vita
erat: et vita erat lux hominū: et lux in tenebris lucet: et tenebre eaꝫ
nō cōprehēderūt. Fuit homo miſſus a deo: cui nomē erat Joānes.
Hic venit in teſtimoniū vt teſtimoniū perhiberet d̓ lumine: vt oēs
crederēt per illū. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniū perhiberet de
lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominē venientem
in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipſum factus eſt:
et mundus eum non cognouit. In propria venit: et ſui eum non re-
ceperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis poteſtatem
filios dei fieri: iis qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſaguini
bus: neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: ſed ex deo na
ti ſunt. Et verbū caro factum eſt: et habitauit in nobis. Et vidimus
gloriam eius: gloriam quaſi vnigeniti a patre. Plenum gratie: et ve
ritatis. Deo grās. ¶ Sequentia ſancti euangelij ſcdm Lucā. c. i.

In illo tempore. Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatē
Galilee: cui nomē Nazareth ad virginem deſponſatam viro
cui nomē erat Joſeph de domo dauid: et nomen virginis Maria.
Et ingreſſus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena dn̄s tecū: bene
dicta tu in mulieribus. Que cū audiſſet turbata eſt ī ſermone eius:
et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
Maria: inueniſti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies
in vtero et paries filium: et vocabis nomen eius ieſum. Hic erit ma
gnus et filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi deus ſedē dd̓ patris
eius: et regnabit in domo iacob in eternū: et regni eius nō erit finis.

Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniã vi
rum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus san
ctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq3 et
qđ nascetur ex te sanctũ: vocabitur filius dei. Et ecce helisabeth
cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mẽsis
est sextꝰ illi que vocatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud deũ
omne verbũ. Dixit autẽ Maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secũdũ
verbũ tuũ. Deo grãs. ¶ Sequẽtia scti euãgelij: scdm Matheũ.

Cum natus esset iesus in bethleẽ iude i diebus herodis regꝰ:
ecce magi ab oriẽte venerunt hierosolymã dicentes. Ubi est
qui natus est rex iudeorum? Uidimus enim stellã eius in oriente: et
venimus adorare eum. Audiens autẽ herodes rex turbatus est: et
omnis hierosolima cum illo. Et congregans omnes principes sa
cerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis vbi christus nasce
tur. At illi dixerũt ei. In bethleẽ iude. Sic enim scriptũ est per pro
phetã. Et tu bethleẽ terra iuda nequaq3 minima es in principibꝰ
iuda. ex te enim exiet dux qui regat populum meũ israel. Tunc he
rodes rex clã vocatis magis diligenter didicit ab eis tẽpus stelle
que apparuit eis. Et mittens eos in bethleem dixit. Ite et interro
gate diligenter de puero: et cum inueneritis renũciate mihi: vt ego
veniens adorem eũ. Qui cum audissent regem: abierũt. Et ecce
stella quam viderant in oriente antecedebat eos vsq3 dum veniẽs
staret supra vbi erat puer. Uidẽtes autẽ stellam gauisi sunt gaudio
magno valde. Et intrantes domũ inuenerũt puerum cum Maria
matre eius: et procidẽtes adorauerunt eum. Et apertis thesauris
suis obtulerũt ei munera: aurũ: thus: ꝛ mirrhã. Et respõso accepto i
somnis ne redirẽt ad herodẽ: p aliã viã reuersi sunt in regionẽ suã.
Deo grãs. ¶ Sequẽtia sancti euangelij: scđm Marcũ. c. vltimo.

In illo tempore. Recumbentibus vndecim discipulis appa
ruit illis iesus: ꝛ exprobrauit incredulitatem illorum et duritiã
cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis non credi
derant: et dixit illis. Euntes in mundum vniuersum predicate euã
geliũ omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit.
Qui vero non crediderit: cõdemnabitur. Signa autem eos qui cre

diderit hec ſequētur. In noīe meo demonia eijciēt: linguis loquētur nouis: ſerpētes tollent. Et ſi mortiferū quid biberint: nō eis nocebit. Super egros manꝰ imponent: ⁊ bene habebunt. Et dñs quidem ieſus poſtq̄ȝ locutus eſt eiꝰ aſſumptus eſt in celū: ⁊ ſedet a dextriꝰ dei. Illi autē profecti predicauerūt vbiqȝ dñō cooperāte: et ſermonē cōfirmāte ſequētibꝰ ſignis. Deo grās. ¶ Et abſqȝ dubio curabit exercitādo remedia ſup̄ dicta. Sepenumero iſtud ē expertū.

¶ Ordo ad expellendos demones a corporibus.

Sunt et alij dmoniaci formalit̄ ⁊ vere obſeſſi a demonibꝰ ſicut legitur d̄ demoniaco ſurdo ⁊ muto curato a xp̄o: et de multis alijs: et circa curationē taliū erit talis ordo.

¶ Sacerdos bonus et bene reconciliatus: dicta per cū miſſa de ſpiritu ſancto: cum ſuperpellitio et ſtolla ⁊ yſopo cū aqua benedicta et crucifixo accedat ad eum viriliter et fiducialiter: ⁊ cū omni ſerenitate vultus aſpiciat demoniacū: ⁊ aſpergendo cū aqua benedicta dicat.

Vidi aquā egredientē d̄ tēplo a latere chriſti: ⁊ oēs ad quoſ puenit aqua iſta ſalui facti ſunt. Miſericordiaſ dñi in eternū cantabo. Chriſtus vi✠uit. Chriſtꝰ vin✠cit. Chriſtꝰ reg✠nat. Xp̄s impe✠rat. Chriſtus ab omni malo nos defendat. Per ſignum cru✠cis de inimicis no✠tris libera nos domine deus noſ✠ter. Crucē ſanctam ſubijt qui infernum confregit: accinctꝰ eſt potentia: ſurrexit die tertia. Et ſtatim dicat demoniaco.

Maledicte ſathana et quare auſus es intrare in homine iſto: Nec te latet appoſitum ſignum crucis in fronte eius in baptiſmo: et preceptum tibi ne illud auderes violare ſub penis et cruciatibus gehennalibus: Quare ergo huc intraſti damnate atqȝ damnande: et quare intraſti templum hoc electum dei ſignatum ſignaculo crucis et ſancte trinitatis. Si reſpondet demoniacus ſic.

Domine et q̇d cruciariſ me et moleſtꝰ es mihi: Ego nō violaui ſignū crucis appoſitū in frōte et in alijs partibꝰ huiꝰ homīs. Reſpondeat ſacerdos.

O immunde et viliſſime maledicte non vereris ignominiā tuā et dedecꝰ tuū: Nec te latet iſtū hominē ſignatum in fronte pro toto corpore a ſurſum vſqȝ inferius: ⁊ ab ante vſqȝ retro ⁊ a dextris vſqȝ ad ſiniſtram. Quid vacillas: q̇d ſubter

fugis: Quid cauillas: Noſti eum totū cruce ſignatuȝ: totum crucifi
xum: totum electum: totum ſanctificatum: vt quid violaſti ſignum:
qđ tibi preceptū fuerat vt nō violares: Si reſpōdet demoniacꝰ ſic.
EGo nō violaui ſignū q: ſanū ⁊ integrū eſt: ſed ingreſſꝰ ſum hic
ſine violatione ſigni. Dimitte me dñe. Reſpōdeat ſacerdos.
OMaledicte ſathana mendax ⁊ pater mendacij no erubeſcis
mentiri coram me: Obſediſti hunc hominē cruce ſignatū: ⁊ di
cis te nō violaſſe ſignū cū iterior ſignatio eiꝰ ſit maior exteriori: Nō
potuiſti ī eo ītrare ſine violatiōe ſigni. Si dĭnōiacꝰ reſpōdeat ſic.
EGo ſi auſus ſuȝ violare ſignū: ipſe hō dedit mihi cauſaȝ ⁊ īgreſ
ſuȝ: nam reptꝰ eſt in noſtro opere ifernali ſepenumero et gra-
uiſſime: vnde data eſt mihi licētia ab altiſſimo vt intrareȝ ī eo: ⁊ ſic
ibi māerē: Quid ad te: Dimitte me dñe hic qeſcere modicū. Reſpō
OMaledicte damnate atqȝ damnande: ſi pec (deat ſacerdos:
cata hominis iſtius meruerūt hāc penam: tu tamē nō excuſa-
ris qui petijſti licentiā ex tua inuidia et malicia in odiū gratie et mi
ſericordie dei et ſaluatoris ieſu chriſti domini noſtri: qui neminem
vult perire: et vult omnes homines ſaluos fieri: et cui proprium eſt
miſereri ſemper et parcere: et qui omnipotentiā ſuam maxime mi-
ſerando manifeſtat: et cuius miſerationes ſuper omnia opera eius
qui benignus et miſericors eſt: patienꝰ et multe miſericordie preſta
bilis ſuper malicijs hominum: Qui miſericordiā vult magiꝰ qȝ ſa
crificium: qui peccatores venit ſaluos facere et pro peccatoribus
dignatus eſt exhibere ſuam preſentiam: incarnari et naſci: et cū pu
blicanis et peccatoribus commorari: baptizari: flagellari: ſpinis
coronari: colaphis cedi: ſputiꝰ conſpui: inclauari: crucifigi: lancea
ri: felle et aceto potari: mori et ſepeliri: ſed tu maledicte qui odio
habes ſtatum chriſtianitatis: ſtatū gratie et ſtatū penitentie cum
non poſſiꝰ penitere: atemetipſo inique et malitioſe accepiſti auda
tiam ⁊ temeritatem intrandi: licet ꝑmiſerit altiſſimus: nō tamē tibi
licentiam dedit: et tu mentiris ſicut pater mendacij tanqȝ hoſtis ⁊
inimicus generis humani non dormis: ſed ſemper circuis hinc et
inde querenꝰ quem deuores. Sed proculdubio nunc ſolues mihi
iſtā iniuriā quā feciſti toti chriſtianitati in iſto homine: violando

ſignum crucis et attemptādo vexare iſtum hominez. Nec te latet quomodo xp̄s ieſu dn̄s noſter dedit nob poteſtatē ſuper omnia demonia: et vt curarem⁹ omnē langorē ī hominib⁹: Memēto qualiter Michael archāgel⁹ et oēs Angeli te precipitē de celo proiecerunt in gehēnaz ignis propter tuā ſuperbiam et ſatellites tuos: Memēto de ſct̄o Bartholomeo apoſtolo qualiter te et tuos cū omni ydolatria proſtrauit: Memēto d ſancta Juliana vgine qualiter te in carcere grauiter cum cathenis flagellauit et per latrinaz immūdiſſimā te fugauit: Memēto de Thoma apoſtolo in indijs: et de multis alijs: qui quotidie te ſuperant et expellunt et gehēnalibus flāmis te cōdemnāt. Maledicte ergo ſathana recognoſce ſententiam tuam: et da honorem deo patri omnipotenti viuo et vero: et da honorem ieſu chriſto filio eius vnigenito: et da honorem ſpiritui ſancto paraclito: et da honorem ſanctiſſime trinitati in vnitate: et vnitati in trinitate: et recede ab hac plaſmatura dei: et effugare omnino ab ea in deſertum locum: ī quo nemini noceas: quia iſtū elegit ſibi dominus in hereditatem ſuam: et vocauit per gratiam baptiſmatis ad regnū ſuū eternū. Et hoc ſignū ſancte crucis quod nos iterū fronti eius da ✠ mus: tu maledicte diabole nūq̄z audeas violare per eum qui venturus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculuz per ignē. Amen. ¶ Tunc ſacerdos ante omnia precipiat ei cū cōminatione gehēnalis flāme: et ire et maledictionis dei q̄ taceat culpas omnium aſſiſtentium et nullo modo reuelet ſecreta peccata: Nec ceſſet ſacerdos cōminare donec taceat omnino talia. q̄z ſi aliqua dixerit: non eſt credendū ei. quia mēdax eſt et pater mendacij: et per inuidiam ſuam et maliciam cupit calūniare atq̄z aliorum culpas mentiendo reſerare potius: quam veritatē dicere. Poſt hec dicantur miſſe ſequentes cum. Gloria in excelſis. et Credo. Et prefationibus ſuis et cuz ieiunijs parentū et amicorum et elemoſinis.

¶ Prima De trinitate. Secunda De annūciatiōe. Tertia De natiuitate dn̄i illa. ſ. que dicitur in aurora cum prophetia. Quarta De circunciſione. Quinta De epiphania. Sexta De purificatione. Septima De reſurrectiōe. Octaua De aſcēſione. Nona De quinquageſima. Et redeat ſacerdos ad demoniacū dicta qualibet miſ-

ſa ꝑ vnū ſacerdotē vel ꝑ plures vt breuiꝰ dicantur: et dicat ſuper caput eius Euāgeliū et omnia vt ſequitur ꝓut in. S. Petro Rome.

¶ Coniuratio malignorum ſpirituū in corporibus hominū exiſtentiū prout in ſancto Petro.

¶ Secundum Mattheum.

Cum natus eſſet ieſus in Bethleem iude in diebus Herodis. etc̄ vt ſupra. fo. xlj. ¶ Secundum Lucam.

In illo tp̄e. Miſſus eſt angelus gabriel a deo ī ciuitatē vt s̄. fo. xlj.

In illo tempore. Recumbentibus ¶ Secundum Marcum. vndecim diſcipulis apparuit illis ieſus et exprobrauit incredulitatem illorum. etc̄ vt ſupra. fo. xlj. ¶ Secundum Joannem.

In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. etc̄ vt ſupra. fo. xlj. ¶ Secundum Lucam.

In illo tempore. Deſcendens ieſus Capharnaum ciuitatem Galilee ibiq̄ docebat illos ſabbatis: et ſtupebāt in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo eius. Et in ſynagoga erat homo habens demonium immūdum et exclamauit voce magna dicens. Sine: Quid nobis et tibi ieſu nazarene veniſti ꝑdere nos? Scio te qui ſis dei ſanctus: et īcrepauit illū ieſus dicēs. Obmuteſce et exi ab illo: et cū proieciſſet illud demoniū in medio exit ab illo nihilq̄ illi nocuit: et factus eſt pauor in omnibus et colloquebātur ad inuicem dicentes: Quid eſt hoc verbum: q꞉ in poteſtate et virtute imperat immūdis ſpiritibus et exeunt? et diuulgabatur fama de illo ī omnē locū regiōis. Deo gr̄as. Ofo.

Omīe deus ꝓpitiꝰ eſto michi peccatori qui omnes homines vis ſaluandos fieri: ⁊ ad ymaginē et ſimilitudinē tue diuinitatis nos feciſti: ſuſcipe orōnem quā pono ante cōſpectū clemētie tue ꝓ famulo tuo N. q̇ a demonio vexatus eſt: ipſum ad tuā miām ꝑuenire cōcede. Per dominū.

Alia Oratio.

Obſecro te dn̄e ieſu chriſte: vt extrahas omnes lāgores ab omnibus membris huius hominis: a capite: ⁊ a capillis: a cerebro: a fronte: ab oculis: ab auribus: a naribus: ab ore. a lingua. a dentibus. a faucibus. a gutture. a collo. a dorſo. a pectore. ab vberibus. a corde. a ſtomacho. a lateribꝰ. a carne. a ſanguie. ab oſſibus. a tibiis. a pedibꝰ. a digitis. a planta et medulla. a ner-

nis. a cute. et ab omni compagine membrorum eius. Exaudi do-
mine ieſu chriſte me miſerrimum peccatorem tibi ſit virtus et pote
ſtas et imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Exorʒiſmus.

Exorʒiʒo te immũde ſpũs ĩ noĩe dei pa✠tris omnipotentis et
in noĩe ieſu chriſti fi✠lij eius: ⁊ in virtute ſpiritus ſan✠cti: vt
recedas ab hoc famulo dei. R. ipſe tibi imperat maledicte diabole
q̇ ſiccis pedibus ſup mare ambulauit et Petro mergenti dexteraʒ
porrexit: q̇ ceco nato oculos aperuit: et quatriduanuʒ Lazarũ a
Ergo maledicte diebole (monumento ſuſcitauit. Adiuratio.
recognoſce ſententiam tuã et da honorem deo viuo et vero: da
honorẽ ieſu chriſto filio eius et ſpiritui ſancto paraclyto: et recede
ab hoc famulo dei. R. Per hoc ſignum ſancte crucis qḋ nos fron
✠ti eius damus: tu maledicte diabole nunq̃ʒ audeas violare neqʒ
in eo preſumas amplius ſtare. Exi foras ab eo ſathana: et da locũ
ſpũi ſc̃to paraclyto. Exi foras ſpũs immũde ab hac creatura dei.

Deus angelorꝫ: deꝰ archãgelorꝫ: deꝰ apoſtolorꝫ: deꝰ mar Oro.
tyrum: deus confeſſorũ: deus virginũ: deus pater dñi noſtri ie
ſu xp̃i inuoco nomẽ ſanctũ tuũ ac preclare maieſtatiꝰ tue clemẽtiã
humiliter poſco: vt mihi auxilium preſtare digneriꝰ aduerſus hũc
nequiſſimũ ſpũm: vt vbicũqʒ latet audito noĩe tuo velociter exeat
vel recedat: Ipſe tibi imperat maledicte diabole q̇ vẽtis ⁊ mari ac
tẽpeſtatibus imperauit. Ipſe tibi imperat maledicte diabole q̇ te
de ſupnis celorũ ĩ interiora terre demergi precepit. Ipſe tibi impe
rat maledicte diabole q̇ te retrorſũ redire p̃cepit. Audi ergo ſatha
na ⁊ time: victꝰ et pſtratus recede adiuratꝰ in noĩe dñi nr̃i ieſu xp̃i.
Tu ergo neq̃ſſime ſpũs inimicus humani generis: mortis raptor iu
ſticie declinator: malorũ radix: fonꝰ vitiorũ: ſeductor hoĩm: ꝑſecu-
tor gẽtiũ: incitator inuidie: cauſa diſcordie: origo auaritie: excitatio
dolorũ: magiſter demonum: q̇ ſtas et reſiſtis cũ ſcis eũ pdere vires
tuas: mẽdax es et ſcis illũ q̇ in Iſaac eſt ĩmolatus: in Ioſeph venũ
datus: imagine eſt occiſus: ⁊ ĩ noĩe eſt crucifixus. Deinde ſcis ab eo
ſeparatꝰ: recede ĩ noĩe pa✠tris: ⁊ fi✠lij: ⁊ ſpũs ſan✠cti: ⁊ da locũ
ſpũi ſc̃to. Per hoc ſignũ ſc̃te cru✠cis dñi nr̃i ieſu chriſti. Qui vẽ
turus eſt iudicare viuos et mortuos et ſeculum per ignem. Amen.

Incipit officium ſuper his qui a demoniis vexantur. In primis dicitur. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Initiū ſancti euā gelij: ſecūdū Joannē. ℟. Gloria tibi dñe. In principio erat verbū. etc. Totū vt s. fo. xlj. Item aliud euangeliū ſecundum Marcū. c. vltimo. In illo tēpore. Recūbētib⁹ vndeci diſcipulis. Vt s. fo. xlj. Quo finito: dicit. Pr nr et. Aue maria. Et ſtatim dicitur abſolute

Domine ſancte pater deus oṗs qui conſubſtantialem et Orō. coeternum tibi ante omnia ſecula filium ineffabilem genuiſti: cum quo atq; cum ſancto ſpiritu ex te eodemq; filio procedente: celū terrā omnia quecunq; exiſtunt viſibilia et inuiſibilia creaſti. Hic flectuntur genua dicēdo. Te adoro: te laudo: te glorifico: teq; benedico: eſto queſo propitius iſti miſerrimo peccatori: et ne deſpicias eum opus manuū tuarū: ſed ſalua et adiuua eū propter nomē ſanctū tuū. Deinde ſtando dicitur Glīa in excelſis deo. Qua finita

Domīe ieſu chriſte fili dei viui: qui es verus ⁊ Dicatur Oratio. omnipotēs ſplendor et imago patris ⁊ vita eterna cui vna eſt cum patre ſanctoq; ſpiritu equalis honor eadem gloria: coeterna maieſtas. Hic flectuntur genua dicendo. Te adoro: te laudo: te benedico: teq; glorifico: ne hunc obſecro famulū tuū perire patiaris: ſed ſalua ⁊ adiuua eū gratia miſericordie tue quē precioſo ſanguine tuo redimere dignat⁹ es. Amē. Hic dicatur. Credo in deū. totū.

Domine ſancte pater deus oṁps Quo finito dicatur. Orō. qui conſubſtantialis coeternus et coequalis patri filioq; exiſtens et ab eis inenarrabiliter procedens et ſuper eundē dñm nrm ieſum chriſtū in colūbe ſpecie: et ſuper apoſtolos in linguis igneis deſcendiſti. Hic flectūtur genua dicendo. Te adoro: te laudo: te benedico: teq; glorifico: repelle q̄ſo ab hoc famulo tuo tenebras totius noctis iniquitatis et perfidie: et accēde in eum lumen tue miſericordie et ignē ſuauiſſimi et ſcīſſimi amoris tui. Dñe ieſu xp̄e fili glorioſiſſime virginis ſemper Marie precor te per ſanctam natiuitatem tuam. Domine ieſu chriſte parce iſti per preſepium in quo iacuiſti. Domine ieſu chriſte parce iſti per baptiſmum et ſanctum ieiunium tuū. Domine ieſu chriſte parce iſti per ſanctam crucem ⁊ paſſionē tuā. Domīe ieſu chriſte parce iſti ꝑ ſanctos electos tuos.

Domine ieſu chꝛiſte: parce iſti per ſpinas coꝛone tue. Domine ieſu
chꝛiſte: parce iſti per quinqꝫ plagas tuas. Domine ieſu chꝛiſte: par
ce iſti per alapas et acetum felle mixtum. Domine ieſu chꝛiſte: par
ce iſti per ſanctum ſanguinē et aquā qui de tuo latere emanauerūt.
Domine ieſu chꝛiſte: parce iſti per ſanctam reſurrectionem tuam.
Domine ieſu chꝛiſte: parce iſti per ſanctam aſcenſionem tuam. Do
mine ieſu chꝛiſte: parce iſti per ſpiritum ſanctum paraclytum. Do
mine ieſu chꝛiſte: parce iſti per venturū iudicium tuum. Domine ie
ſu chꝛiſte: parce iſti per maieſtatem tuaꝫ. Domine ieſu chꝛiſte: par
ce iſti per gloꝛiam regni tui. Domine ieſu chꝛiſte: parce iſti et libe-
ra eum a peccatis ſuis et inimicis ſuis viſibilibus et inuiſibilibus:
ꝛ da illi partem cum ſanctis tuis in vitam eternam. Amen. In no-
mine pa ✠ tris: et fi ✠ lij: et ſpiritus ſan ✠ cti. Amen. Pſalmus.

Iudica dn̄e nocentes me: expugna impugnantes me. Appꝛe
hende arma et ſcutū: exurge in adiutoꝛiū mihi. Effunde frā-
meā et conclude aduerſus eos qui tribulant me: dic anime mee ſa-
lus tua ego ſum. Gloꝛia pr̄i et filio ꝛ ſpiritui ſct̄o. Sicut erat. Oꝛo.

Deus qui per vnigenitū tuū excluſa damnatione diaboli popu
lum tibi fidelē aptaſti: expelle q̄s a famulo tuo. N. cūctas dia-
bolicas illuſiones et inſidias: et eū illibatū ab omni eius impugna
tione conſerua. Per eundem chꝛiſtum dominū noſtrum. Oꝛatio.

Deus celi: deus terre: deus angeloꝛum: deus archangeloꝛum:
deus pꝛophetarū: deus virginuꝫ: deus qui poteſtatem habes
donare vitā poſt moꝛtē: requiē poſt laboꝛē: quia non eſt alius pꝛe-
ter te dn̄e: nec poteſt eſſe creatoꝛ celi et terre: qui es rex: et regni tui
non erit finis: humiliter maieſtati et gloꝛie tue ſupplico: vt hunc fa-
mulū tuū de immundis ſpiritibus liberare digneris. Per dn̄ꝫ nr̄m.

Memēto lucifer quomodo cecidiſti de celo: qui mane oꝛiebaris
coꝛruiſti in terram qui gētes vulnerabas: qui dicebas ī coꝛde
tuo. Sedebo in monte teſtimonij in lateribus aquilonis: aſcendam
ſuper altitudinē hymbꝛiū et ſimilis ero altiſſimo. Verum ad infer-
num traheris ad in pꝛofundum laci: qui te viderunt ad te inclinabū
tur teqꝫ pꝛoſpicientes. Nunquid iſti qui cōturbant terram qui cō
cuſſit regna: qui poſuit oꝛbeꝫ deſertum: ꝛ vrbes eius deſtruxit: vin

ctis eius nō aperuit carcerem? Omnes reges gētium dormierunt
vniuerſi in gloria: viri in domo ſua. Tu autē proiectus es de ſepul-
chro tanq̄ȝ inutilis pollutus inuolutus: qui interfecti ſunt gladio et
deſcenderunt ad fundamēta laci. Tu ſepulchrum in terram diſper
ſiſti. Tu populum occidiſti: ſed cōſurgam ego ſuper te: et omnes te
videntes dicit dominus exercituum: vt in nomine meo tu cum an-
gelis tuis apoſtaticis in profundū inferni demergaris. Alia Orō.

DEſcendens ieſus de monte: ſtetit in loco campeſtri: ꝛ turba diſ
cipulorū eius: et multitudo copioſa plebis: ab oī iudea et hie-
ruſalē: ꝛ maritima: ꝛ tyri: et ſidonis: q̇ venerāt vt audirēt eū: ꝛ ſana
rētur a lāgoribꝰ ſuis: ꝛ q̇ vexabātur a ſpiritibꝰ imūdꝭ curabātur: et
oīs turba q̄rebat eū tāgere: qꝛ virtus de illo exibat ꝛ ſanabat oēs.

ERipe me de inimicis meis domine: ad te confugi doce Orō.
me facere voluntatem tuā: qꝛ deus meꝰ es tu. Munus noſtre
humilitatis ꝓ petitione famuli tui oblatum petimus domine gra-
tanter accipe: et ab eius oppreſſione maligni inſidias omnemqȝ
poteſtatem benignus exclude. Per dominum nr̄m. Alia Oratio.

DOmine deus virtutuȝ: ſuſcipe preces quas tibi offerimus pro
famulo tuo et proijce inimicos et aduerſarios tuos Sathan
ꝛ omnes ſubiectos demones: vt amplius non habeant poteſta-
tem in hoc famulo tuo. N. moleſtandi: fatigandi ſeu vexandi eum:
neqȝ durandi in eo: quia in te domine ſperauit non confundat in
eternum: ſed tua iuſtitia et fortitudine libera eum. Alia Oratio.

ETerne deus qui es deus Abrahā: deus Iſaac: deus Iacob:
deus Moyſi et Aaron: deus Thobie et Helie: te ſempiternū
deum deprecamur vt famulum tuum. N. iubeas de tēptationibus
et vexationibus demonum liberari: quia ſpiritus immundi fuerūt
ab initio ſemper fallaces: et nunq̄ȝ ſteterunt in veritate: ſed ſem-
per in malicia iniquitatis et ſuperbie vanitatis: inuidie et cupidi-
tatis perſteterunt qui famulum tuum varijs perturbationibus fa-
tigant: Iube igitur angelis tuis benignis: vt deſtruāt iſtos inimi-
cos malignos: vt iſti ſerpentes crudeliſſimi antiqui langueſcant et
omnes ſocij eorum: eoſqȝ percuti facias ſicuti percuſſiſti ira et fu
rore tuo Sodomam et Gomorram: ſic ipſos inimicos et aduerſa-

nios tuos ad nihilum redigi et in perditionem aſcendere iubeas:
quia preſentem famulum tuum miſerabiliter fatigant et de corpo-
re conantur: vt non amplius in eiꝰ corpore poſſint latitare quod
non fecerunt: nec in eius anima quam tu diuinitas infudiſti: pote-
ſtatem habeant: neqꝫ in vllo veſtimento eius vel indumento ſeu in
compaginationibus membrorum ſeu corporum malignitas eorũ
vim aliquã obtinere valeãt: quoniã tu dñe eum feciſti d̃ limo terre:
oſſa et neruos eiꝰ formaſti: ſpũꝫ dediſti: ꝛ ideo ꝓpter honorẽ nomi
nis tui dñe et filij tui dñi nr̃i ieſu chriſti et in virtuteꝫ ſpũs ſcti atqꝫ
ſanctiſſime Crucis diſſipẽtur demones a corpore ꝛ aĩa famuli tui:
ꝛ pergãt ad penaꝝ loca ipſis a te ꝑparata: quia tu dñe nõ auro nec
argento nec gemmis precioſis cõparaſti: ſed ſacratiſſimo corpo-
re et ſanguiẽ tuo: per paſſionem tuam nos redemiſti. Jeſu chriſte
ſaluator mundi quam maieſtatem tuam laudant angeli. Oratio.
Multitudo lãguẽtiũ et qui vexabãtur a ſpiritibꝰ ĩmũdis veni
ebant ad eum quia virtus de illo exibat et ſanabat oẽs. Oro.
Celeſtis hic panis quẽ ſumpſimus dñe: et nobis indulgentiã
tribuat: ꝛ famulũ tuũ ab hoſti antiq̇ irriſiõe defẽdat. Per dñꝫ.
Op̃s deus ſalus eterna medicina: exaudi nos pro Alia Oro.
famulo tuo deprecãtes et da ei veram humilitatẽ: veram peni
tentiã et virtutẽ: et fac eũ relinquere vanas põpas diaboli et ange
lorũ eius apoſtaticoꝝ ꝛ ipſuꝫ famulũ tuũ. N. ab eoꝝ poteſtate libe
rare digneris: ſicut liberaſti Adã de inferno. Petrũ d̃ carcere. Pau
lũ de vinculis. Suſannã de falſo crimine. Luciã de lupanari: q̇ iuſſi
ſti paralitico tollere grabatũ ſuum ꝛ ambulare. Lazarũ de monu-
mẽto ſurgere. Iſraeliticũ populũ per mediũ mariꝰ trãſire. Jonã d̃
vẽtre ceti: Loth d̃ ſodomis: treꝰ pueros de camino ignis ardẽtis li
beraſti. Danielemqꝫ d̃ lacu leonũ. Dauid de gladio maligno. Ma
riã magdalenã d̃ ſeptẽ demonijꝰ eripuiſti: ita dñe liberare digneris
famulũ tuũ. N. ab antiq̇s ꝑſecutionibus. Oramus te dñe q̃s op̃s
deus: vt ſpũs iniq̃tatꝭ nõ habeãt ãpliꝰ poteſtatẽ in famulo tuo: et
pax dñi nr̃i ieſu xp̃i ſit nobiſcũ ꝑ quẽ redẽpti ſumuꝰ: vt nulla mala
timeamus: quia ipſe nobiſcum eſt. Per eundem. Poſtea dicetur.
¶ Initium ſancti euangelij: ſecundum Joãnem. In principio erat

verbum. Totum vt ſupra. fo. xlj. Quo finito dicatur. ps. Deus in nomine tuo. ps. Domine deus in adiutorium meũ intende. Psal. In domino confido. ps. Quid gloriaris in malicia. Cũ letanijs et orõnibus: videlꝫ. Deus cui ꝓpriũ eſt. Poſtea dicit̃ hec cõiuratio.

Coniuro te diabole per pa✠trem: et fi✠lium: et ſpiritum ſan✠ctũ: et per patriarchas et prophetas: Apoſtolos et euangeliſtas: Martyres et cõfeſſores: et virgines: et omnes ſanctos et ſantas dei q̃ quotidie et ſemper Regẽ dominorum laudãt et glorificãt ipſum in throno ſedentem. Et per dominum noſtrum ieſum chriſtum te con✠iuro: vt recedas ab hoc famulo dei. R. Cõ✠iuro te diabole: per paſſionem domini noſtri ieſu chriſti: quam recepit ꝓ humana generatione: vt recedas ab hoc famulo dei. R. Con✠iuro te diabole per ſanctã crucem: in qua dominus noſter ieſus chriſtus fuit ſuſpenſus: vt recedas ab hoc famulo dei. R. vt te non poſſis celare in corpore ſuo nec in membris ſuis nec in capite ſuo. Con✠iuro te diabole per clauos domini noſtri ieſu chriſti quibus manus etiam et pedes eius in cruce cõfixi fuerunt: vt recedas ab hoc famulo dei. R. vt non poſſis te celare in ore ſuo: nec in capite. Con✠iuro te diabole per lanceam quam habebat Longinus cũ qua latus domini noſtri ieſu chriſti perforauit et inde exiuit ſanguis et aqua: vt nõ te poſſis celare in gutture ſuo: nec in lingua: nec ſub lingua: nec in aliquibus membris eius. Cõ✠iuro te diabole per mortem et ſepulchrum chriſti: a quo tertia die reſurrexit a mortuis: vt nõ te poſſis celare in viſceribꝰ ſuis nec ĩ interioribus. Con✠iuro te diabole per reſurrectionẽ domini noſtri ieſu chriſti: in qua apparuit diſcipulis ſuis dicens. Ego ſum nolite timere: et precepit eis dicens. Ite in mundum vniuerſum et predicate euangelium omni creature: qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: ſaluus erit: qui vero nõ crediderit: condemnabitur. Per hec verba ſupradicta con✠iuro te et ammoneo: vt recedas ab hoc famulo dei. R. Con✠iuro te diabole per aſcenſionem domini noſtri ieſu chriſti: vt recedas ab hoc famulo dei. R. Con✠iuro te diabole per ſpirituꝫ ſanctum altiſſimum paraclitum quem dominus noſter ieſus chriſtus mandauit diſcipulis ſuis in linguis igneis: vt recedas ab hoc famulo

dei. R. et amplius nō reuertaris nec reuerti facias aliquem ſuper
eum: et ſicut deus ſeparauit celum a terra: veritatem a mendatio:
bonum a malo: dulce ab amaro: ſic tu ſis ſeparatus ab hoc famulo
dei et amplius nō poſſis appropinquare ei nec eū ſuccumbere: nec
te dirigere de die nec de nocte: nec fornicare: nec ſpumare: nec do
lum facere in nulla hora: nec in momēto dū ſteterit: nec dum ambu
lauerit: nec dum dormierit: nec duꝫ vigilauerit: nec aliqua ratione:
nec dū māducabit: nec dū bibet: nec dū aliqđ opꝰ faciet: nec poſſis
cōtra hunc famulū dei aliquod malum facere: nec per aliquam re
uelationem ad aliquam perſonam viuenteꝫ in terra dare nec offen
dere: nec facias ſibi offendi: nec aliquod maluꝫ poſſis contra eum
exequi: nec alicui perſone moleſtiā dare poſſis: nec aliquē immūdū
ſpūm in tuo adiutorio conuocare poſſis: nec ſup hūc famulū dei ſta
re poſſis: nec ipꝫ diſſipare: nec violare. Cō✠iuro te diabole ⁊ ſpūs
īmūde ꝑ deū pa✠trem oīpotentē: ⁊ ꝑ ieſum chriſtū fi✠liū eiꝰ: vni-
cū dn̄m nr̄m: ⁊ ꝑ ſpūꝫ ſan✠ctū: paraclitū altiſſimū ⁊ ꝑ duodecim
apoſtolos: et ꝑ q̄tuor euangeliſtas: et per duodecim prophetas:
et per viginti quattuor ſeniores te con✠iuro: et per omnes inuoca
tiones ſanctorū te con✠iuro: qui quotidie ⁊ ſemper diebus et no-
ctibus Regem deum ſunt laudantes glorificātes in ſecula ſeculo-
rum. Amē. Cō✠iuro te diabole per quattuor partes mūdi: vt per
das et dimittas locuꝫ iſtum vbi manes: et vadas nec iterum poſſis
reuerti ad ipſum nec ad aliquā aliā perſonā: ſed recedas cum alijs
immundis ſpiritibꝰ: et dimittas iſtum locum: ⁊ vade vbi tibi dixi: et
ſicut fluit cera a facie ignis et pereūt peccatores a facie dei: ⁊ ſicut
ſal in aqua ſic fugias: et ad nihilum ſis deductus. Alia coniuratio.

COn✠iuro te diabole per ſanctū Michaelē: ꝑ ſanctū Gabrie
lem: per ſanctum Raphaelem: per ſanctum Urielem: et per
omnes angelos et archangelos: et per nouem choros Angelorū:
et per omnes virtutes celorum: principatus et poteſtates: thronos
et dn̄ationes: cherubin et ſeraphin deo patri obediētes: et ipm̄
ſemp laudantes glorificātes in ſecula ſclorū. Amē. Alia cōiuratio.

COn✠iuro te diabole per omnes ſanctos veteris teſtamēti q̄
ſunt in paradiſo et in gloria dei patris omnipotētis: et per glo

rioſam virginem mariã que fuit virgo ante partum et in partu atqȝ poſt partum: et concepit dominum noſtrum ieſum chriſtum ſaluatorem ꝛ redemptorem mũdi: ꝛ per omnes ſanctos patriarchas: et prophetas: Apoſtolos et euangeliſtas: Martyres et cõfeſſores: Doctores et virgines: ꝛ per omnes virtutes dei. Te con✠iuro: vt non habeas poteſtatem neqȝ licentiã ſtandi in corpore famuli dei. N. quia deus fecit eum ad ſimilitudinem ſuam. Nec te latet ſathana ꝛ Belzebuch imminere penas et tormenta ſubueniẽt tibi in diẽ iudicij et in diem ſempiternum quando deus venturus eſt iudicare viuos et mortuos velut clibanus ardẽs in terra vt vniuerſis ſocijs tuis et angelis malignis in ſignum vadas et proinde intus damnatus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Finis.

¶ Explicit Manuale ſeu practica
Sacramenta miniſtrandi ſecundum vſum et veram conſue
tudinem Alme eccleſie Conchenſis: correctum et caſti-
gatũ mandato Reuerẽdiſſimi ac ꝓinde illuſtriſſimi
dñi. D. Didaci Ramirez eiuſdem eccleſie Con-
chenſis Epiſcopi: cuȝ multis alijs Sacramẽ
talibus. Finitum fuit in dicta ciuitate Con
chenſi in torculari Chriſtofori Gallici
et Franciſci de Alpharo impreſ-
ſorum. Anno Domini Mille
ſimo. Quingenteſimo.
Viceſimo octauo.
Die vero quarta
Menſis De-
cembris.

✠

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

## ¶ Tabula ſecunde partis Manualis.


¶ De quattuor temporibus ieiunandis fo. j.
¶ De iis que tempore interdicti poſſunt fieri. fo. j.
¶ De iis que prohibentur et fieri non poſſunt tempore interdicti. fo. ij.
¶ De interdicto generali ſpeciali et particulari. fo. iij.
¶ De ceſſatione a diuinis. fo. iiij.
¶ Caſus papales. fo. iiij.
¶ Caſus epiſcopales. fo vj.
¶ Ordo ad recipiendum proceſſionaliter prelatum vel legatum. fo. vij.
¶ Ordo ad recipiendum Imperatorem. fo. viij.
¶ Modus ad recipiendum Imperatricem ſeu Reginam. fo. ix.
¶ Modus ad recipiendum Regem. fo. ix.
¶ Ordo ad recipiendum principem. fo. ix.
¶ Ordo ad recipiendum principiſſam. fo. ix. (fo. x.
¶ Modus ad benedicendum femios.
¶ Modus contra tempeſtates. fo. xij.
¶ Alia adiuratio contra tempeſtates. fo. xv.
¶ Suffragia tempore tempeſtatum. xvj
¶ Modus ad benedicendum et exorziſandum fructus contra locuſtas. fo. xvj.
¶ Preces ſeu orationes contra hoſtes fidei: et pro pace: cum multis aliis. fo. xvij.
¶ Benedictio menſe per totum annum. fo. xxij.
¶ Benedictiones multarum rerum: et in primis de agno paſchali. fo. xxiij.
¶ Ordo proceſſionum faciendarum per totum annum. fo. xxix.
¶ Ordo proceſſionum in letaniis. fo. xxxvij.
¶ Informationes et cautele obſeruande per preſbyterum volentem celebrare. fo. xxxvij.
¶ Etas requiſita in quolibet fideli chriſtiano ad confitendum: et corpus chriſti ſumendum. fo. xxxix.
¶ Ordo ad ſanandos demoniacos. fo. xl


¶ Finitur tabula Secunde partis Manualis.

## ¶ Caſtigationes ſeu correctorium errorum: qui vel anguſtia temporum vel inaduertentia impreſſorum contigerunt. Et hoc indice quicunque poterit ſuum librum corrigere.

¶ Carta. j. facie. j. linea. xj. lege. ne illius. ablato. c. Et in eadem carta et facie linea. xij. lege. prima. ablato. t. Et in eadem carta. et facie. linea. xxix. lege. rogationes. ¶ Carta. ij. facie. ij. linea. xiiij. lege. conferri. Et in eadem carta et facie linea. xv. lege. tempe. ¶ Carta. iij. facie. j. linea. j. lege. qui. ablato. s. ¶ Carta. iiij. facie. j. linea. ij. lege. de penis. Et in eadem car. et facie. linea. xvij. lege. excommunicati. Et in eadem car. et facie. linea. xviij. lege. abſoluunt. ¶ Car. vij. facie. ij. linea. xij. lege. induit. Et in eadem car. et fa. linea. xiij. lege. induti. Et in eadem car. et fa. linea. xiiij. lege. cereis. Et in eadem car. et fa. linea. xxij. lege. flectere. ¶ Car. viij. fa. j. linea. iiij. lege. cardinales. ¶ Carta. ix. fa. j. linea. xiiij. lege. famulos.

## Caſtigationes ſecunde partis Manualis.

¶ Carta.x.facie.j.linea.ix.lege.trinitas. Et in eadē car. fa.ij.linea.ix.lege.iube ſerenitatē. ¶ Car.xij.fa.ij.linea.xxix.lege.adiuua nos. ¶ Carta.xiij.facie.ij.linea.xxvij.lege.dauid. ¶ Carta.xiiij.facie.j.linea.vij.lege.alſa.z in eadē carta facie.ij.linea.xxix.lege a tui dñio vſurpatus. ¶ Car.xv.facie.ij.li.viij.lege.ſacrariū apertū. ¶ Car.xvj.fa.ij.linea.xix.lege.vt ꝙ peccator. ¶ Car.xvij.facie.j.linea.xxj.lege.agris vel. ¶ Carta.xxiij.facie.ij.linea.xvj.lege.quicꝙ. ¶ Carta.xxiiij.facie.ij.linea.xxij.lege.recipiāt ſanitatē. ¶ Carta.xxv.facie.ij.linea.xvj.lege.eos liberares. ¶ Car.xxvj.fa.ij.linea.iiij.lege.viſceribꝰ eorꝫ. ¶ Car.xxviij.fa.ij.linea.vj.lege.flagrātiſſimo. ¶ Carta.xxxj.fa.j.linea.xviij.lege.z cū eo vadūt. ¶ Carta.xxxviij.facie.ij.linea.vj.lege.ſemp ſeruetur. ¶ Carta.xlj.fa.ij.linea.xxxiiij.lege.nō crediderit. ¶ Car.xliiij.facie.j.linea.iiij.lege exorziʒo te. ¶ Car.xlvj.facie.j.linea.xiij.lege.z ſanguine tuo.

### ¶ Qualis preparatio eſt neceſſaria ad ſumēdū corpꝰ xpi.

Si quis ad altare digne cupis celebrare:  
Cor prius abſterge: ſic mundior ad ſacra perge.  
In domini mēſa quid tractes ſedule penſa.  
Viuere ſiue mori confert quod porrigis ori.  
Egris et ſanis bona eſt refectio panis.  
Sed chriſti panis non eſt ſanus niſi ſanis.  
Indigne ſumis: ſi non ſumis reuerenter.  
Vel non catholice aut habens mortale ſcienter.

### ¶ Contemplatio eorū que pro nobis chriſtus paſſꝰ eſt: qui ſe ſe nobis oſtendit ob ꝓbria z mortē: vt nos redimeret paſſum:

Ecce homo ꝗ duris lacerantur membra flagellis.  
  En videas vultus triſtia fata mei.  
Ecce homo: que cerebrum tranſfigunt vulnera meſtum.  
  Ecce homo: que eſt capiti ſpina retorta meo.  
Sum pro te paſſus: patienter opprobria mille.  
  Et tua ſunt membris crimina ſculpta meis.  
Sum pro te ceſus: colaphis fune ligatus.  
  Et crinibus dura ſepe reiectus humo.  
Sum pro te feda coſputus ſepe ſaliua.  
  Eſt pro peccatis: paſſio tanta tuis.  
Heu vides ſparſus: vt ſanguis corpore toto  
  Decidat in penis ob malefacta tua.

Laus deo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

La orden q̃ se tiene enel dezir delas orationes por todo el año es esta.

¶ las fiestas de .vj. y .iiij. capas: debaxo de vn fin. y las .ij. y .iij. cap. debaxo de dos fin.

Mißas de feria se dizen desta manera.

¶ lunes: delos Angeles. ——— ¶ Martes: delos Apostolos.
¶ Miercoles: de ferial. ——— ¶ Jueues: de sanctispus.
¶ viernes: dela cruz ——— ¶ Sabbado: de nra señora.

Sabbo. Cum dicitur in Sabbato de beata virgine in mißa dicit' vnica oro secundum huius eccle Conchen consuetudinem. Et tpe Resurrectiõis dicitur Gloria in excelsis. de vna capa. et Profatio de ipa resurrectione. s. sequidem omni tempore.

In festis duplicibus et sex capar: dicitur vnica oro: nisi occurrat commemoratio fienda. et tunc ambe due concluduntur sub vno fine.

In festis .iiij. capar. dicitur vna oro de festo et alia de btã virgine sub vno fine.

In festis .j. et .ij. arum capar dicuntur tres orones sub duobus finibus: et nõ dicuntur plures. neq dicitur aliq oro pro defunctis in maiori Mißa.

Todas las missas de finados enel altar mayor sub vno fine debent fieri oes orones. y las q̃ en otros altares se dixeren: sub duobus finibus terminetur.

Iten otro dia despues de todos sanctos se dize mißa de Requien despues de dicha la Prima: y despues de acabada anda la Procession: en la qual ny enla mißa ny en algun Responso no dizen mas de vna oron. s. fideliũ deus omnium. como la dixeron enlas Bisperas. y lo mismo enel .viij. dia.

Otro dia siguiente hazen desta misma manera. saluo q̃ a las bisperas y missa dizen dos orones. s. Deus venie largitor. et. Fideliũ deus. et ambe sub vno fine. y en todos los paños dizen no mas dela oron. Deus venie largitor: excepto enel vltimo en q̃ se acaba la Procession q̃ dizen las mismas dos orones sub vno fine.

Enel ochauo delos finados: hazen el officio segun q̃ lo hiziero enel segundo dia despues delos finados. y cõ aquella sola oracion. s. Fideliũ deus.

De Inueniendo Biſſextili anno.

Tunc biſſextus erit partes per quattuor equas
Annus partiri cum poteris domini.
Biſſextum ſexto martis tenuere calendæ
Poſteriori die celebrentur feſta Matthiæ
Sabbata ſi fuerint: ibi nõ alibi celebrentur.

In anno Biſſexti in quacunq; die euenerit feſtum Sancti Matthiæ: in tali ieiunetur vigilia eius: et ſequenti die celebretur et ſeruet° feſtũ.

Et ſi Sabbato euenerit: ipõ Sabbato celebretur: et ieiunetur vigilia eius: et ſeruetur in ſequenti die Dñica. Et ſi Dñica die euenerit feſtum eiꝰ: ipã die ſeruetur feſtum: et Sabbõ ante ieiunetur vigilia: et feria .2ª. ſequenti celebretur feſtum. Et hoc tenent Hoſtiẽ et Joannes Andree. in .c. queſiuit. de verborum ſignificatione.

De paſcha inueniendo.

Poſt martis decimam lucem perquirito lunã
Biſq; dies ſeptem numera dnĩ. tũ luce ſequenti
Paſcha celebratur. dien cetera feſta ſequuntur.

Sententia horũ triũ verſuum eſt hec. Poſt ſeptimam diem Martij vſq; ad quintam diẽ Aplis require Aureũ numerũ illius anni: et ab illa die vbi inueneris aureũ numerũ computa quattuordecim dies; et poſt illos dies proximiori Dñica que occurrerit celebra Paſcha.

Regula velationum.

A Dñica prima Aduentus vſq; in octauũ diem Epiphanie incluſiue nuptie prohibentur. Et poſt octauã epiphanie conceduntur vſq; ad Septuageſimam excluſiue. Deinde vſq; ad Dñicam in Albis incluſiue nuptie prohibentur. Et a die lune ſequenti vſq; ad Dñicam in Rogationibus incluſiue conceduntur. In ſequenti die lune in Rogationibus vſq; ad Dñicam ſancte Trinitatis incluſiue prohibentur fieri nuptie. Deinde totum aliud tempus anni poſſunt fieri nuptie.

Et famulos tuos Papam Reginam et Regem et Principem nros cum prole regia: et exercitu suo: et Pontificem nrm: et populum istu et nos; ab omni aduersitate custodi: et ab ecclia tua cunctam repelle nequiciam: et pacem tuam nris concede temporibus atq fructus terre dare et conseruare digneris. Per dnm nrm.

Orones posite in plegaria pro Impatore hispano karolo dimicante contra Turcum in Vngaria.

Adesto dne supplicationibus nris & viam famuli tui Impatoris et regis nri eiusq comitum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie & vite huius varietates: tuo semper protegatur auxilio. Per Dnm. Secreta.

Propitiare dne supplicationibus nris: et has oblationes quas tibi offerimus pro famulo tuo Impatore & Rege nro et comitibus benignus assumme vt viam illorum et precedente gra tua dirigas: et subsequente comitare digneris: vt de actu atq incolumitate eius et comitum secundum misericordie tue presidia gaudeamq. Per.

Post communio.

Tua nos dne famulos tuos sperantes in te que sumpsimus sacramenta custodiant: et Impatorem Regem nrm et comites contra omnes tueantur incursus. Per Dominu nrm.

Illi clici qui portauerunt ligna causa indulgentiarum ad hereticos comburendos irregulares sunt. nec cum eis dispensat^{ur} nisi per Papam.

Clicus ministrans arma pugnantibus si aliquis interficit^{ur} irregularis est. ar. xxiij. q. i. Nisi bella. c. fi. noie aut armorum intelliguntur fustes: lapides: ligna. et cetera.

Si quis in rixa mortuus est: ne scit^{ur} tamen quis illum interfecit. licet secundum quosdam s. Johannem. omnes irregulares sunt quo ad promotionem ad ordines. propter incertitudinem. vt. xxiij. q. vlti. c. fi. et Hostien. in Suma. de homi. §. qua pena.

Si amici mei occidunt aliquem me iniuriantem me inuito et contra meam prohibitionem: mihi non nocet. vt de homicidio. Petrus. iij. q. iij. qui a Presulatus. Idem est si me ignorante. de Simonia. nobis. et. c. de regularibus.

Nº Caja
C-22

48

MANVAL